TRATADO DE LA DIVINA PREDESTINACIÓN

Francisco Suárez

TRACTATUS DE DIVINA PRAEDESTINATIONE

Francisci Suarez

Edición bilingüe Latín-Español

2026

CC BY-NC-SA 4.0

Raúl Acebes Cornejo

2026 ESPAÑA

PREVIO

El *Tractatus de Divina Praedestinatione et Reprobatione* de Francisco Suárez (1548-1617) constituye uno de los tratados más importantes y debatidos de su producción teológica. Forma parte del extenso comentario a la *Prima Pars* de la *Summa Theologiae* de santo Tomás de Aquino, concretamente del segundo tractatus del conjunto dedicado a *De Deo uno et trino*. Publicado originalmente en 1606, este texto aborda con profundidad escolástica las cuestiones centrales de la predestinación, la reprobación, la gracia divina y el libre albedrío, ofreciendo una solución original dentro del marco de la controversia *De Auxiliis*.

La presente edición bilingüe latín-castellano se basa en el Tomo I de la *Opera Omnia* de Suárez, editada en París en 1856 por Apud Ludovicum Vivès bajo la dirección inicial de A.D. M. André, Canónigo de La Rochelle, y completada por Charles Berton. Esta monumental recopilación en 26 volúmenes se apoya directamente en la edición veneciana anterior (*Venetiis*, Ex Typographia Balleoniana / Apud Sebastianum Coleti, 1740-1751, en 23 volúmenes, a veces encuadernados en 19), una de las primeras grandes colecciones sistemáticas de la obra suareciana tras su muerte. Ambas ediciones —la veneciana del siglo XVIII y la parisina del XIX— representan hitos en la transmisión del pensamiento de Suárez, garantizando la accesibilidad de textos que, de otro modo, permanecerían dispersos en ediciones sueltas del siglo XVII.

Francisco Suárez, jesuita granadino conocido como el *Doctor Eximius*, ocupa un lugar privilegiado entre los grandes teólogos de la Segunda Escolástica o Escolástica Barroca. Su influencia superó ampliamente los límites de la Compañía de Jesús y de la teología católica. Durante todo el siglo XVII, sus obras principales —especialmente las *Disputationes Metaphysicae* (1597), el *Tractatus de Legibus ac Deo Legislatore* (1612) y sus comentarios teológicos— conocieron múltiples ediciones en los principales centros editoriales europeos: Coimbra, Lisboa, Lyon, Venecia, Colonia, Maguncia, Amberes, París y otras ciudades. Esta extraordinaria difusión contrasta con la de muchos de sus contemporáneos y pone de manifiesto su estatura intelectual.

Comparado con Luis de Molina, Suárez comparte la preocupación por conciliar gracia y libertad, pero su enfoque es más amplio y metafísico. Mientras Molina desarrolla la teoría de la *scientia media*, Suárez construye un sistema coherente que integra la predestinación dentro de una visión global de la providencia divina. Frente a Gabriel Vázquez, otro jesuita coetáneo de gran sistematicidad, Suárez destaca por su originalidad y por su capacidad de diálogo con distintas tradiciones sin abandonar el tomismo. Roberto Belarmino, por su parte, sobresale en la teología controversial y

polémica contra el protestantismo; Suárez, en cambio, prefiere la construcción positiva y la profundidad especulativa en cuestiones tan delicadas como la predestinación y la reprobación.

Entre los dominicos, Domingo Báñez representa la línea tomista más estricta en la controversia *De Auxiliis*; Suárez, aunque jesuita, mantiene un respeto profundo por santo Tomás al tiempo que introduce innovaciones que lo acercan a la modernidad. Juan de Santo Tomás (João Poinsot), con su monumental *Cursus Theologicus*, ofrece una síntesis tomista de gran envergadura en el siglo XVII; sin embargo, Suárez logra una integración más audaz entre metafísica, teología y la problemática de la gracia y la predestinación, influyendo no solo en teólogos católicos, sino también en filósofos protestantes y en el nacimiento del derecho natural moderno.

Más adelante, en el siglo XVIII, figuras como Alfonso de Ligorio destacan en la teología moral práctica y pastoral. Suárez, por el contrario, se sitúa en la cumbre de la especulación metafísica y teológica, sentando las bases sobre las que se construirá buena parte del pensamiento moderno. Su noción de ser (*ens ut ens*), su teoría de la distinción formal y su concepción de la providencia y la ley natural ejercieron una influencia decisiva en autores como Descartes, Leibniz y en la Escuela del Derecho Natural.

El *Tractatus de Divina Praedestinatione et Reprobatione* ilustra perfectamente estas características: combina el método escolástico de las *disputationes* con una claridad expositiva y una profundidad analítica que lo convierten en un modelo de teología filosófica. En un momento en que las cuestiones sobre la gracia y la predestinación generaban intensas controversias, Suárez ofrece una solución equilibrada y rigurosa que busca preservar tanto la soberanía divina como la libertad humana.

La presente edición bilingüe pretende facilitar el acceso a este texto capital a un público más amplio, respetando la lengua original latina —vehículo de la escolástica barroca— y ofreciendo una traducción al castellano moderno que preserve la precisión conceptual sin sacrificar la fluidez. Al hacerlo, rendimos homenaje a uno de los pensadores más influyentes de su época y de los siglos siguientes, cuya obra sigue interpelando a teólogos, filósofos e historiadores del pensamiento.

INDEX

PROOEMIUM

LIBRI PRIMI

DE PREDESTINATIONIS NATURA.

Cap. I. De necessitate praedestinationis.

ÍNDICE

PROEMIO…….10

LIBRO PRIMERO….11

DE LA NATURALEZA DE LA PREDESTINACIÓN

Cap. I. De la necesidad de la predestinación.

Cap. II. Praedestinationem esse actum immanentem et aeternum.
Cap. III. Praedestinationem esse actum liberum.
Cap. IV. De materia et obiecto praedestinationis.
Cap. V. De termino praedestinationis.
Cap. VI. De scientia absoluta, quae necessario antecedit praedestinationem.
Cap. VII. De necessitate praescientiae conditionatae ante praedestinationem.
Cap. VIII. Decretum gloriae esse primum actum in praedestinatione hominum.
Cap. IX. Idem decretum fuisse primum in praedestinatione angelorum.
Cap. X. Hoc decretum esse definitum quoad personas, et quoad gradus gloriae.
Cap. XI. Hoc decretum esse dilectionem et electionem praedestinationis.
Cap. XII. In eodem signo fuisse electos omnes praedestinatos.
Cap. XIII. De voluntate, qua Deus media praedestinatis praeparavit.
Cap. XIV. De voluntate, qua Deus exequitur praedestinationis effectus.
Cap. XV. An voluntas, qua Deus intendit et confert gloriam, diversas mutationes efficiat in praedestinato.
Cap. XVI. An in praedestinatione sit necessarius actus imperii distinctus a ceteris.
Cap. XVII. An praedestinatio sit actus intellectus vel voluntatis.
Cap. XVIII. De comparatione praedestinationis cum providentia.

Cap. II. Que la predestinación es un acto inmanente y eterno.
Cap. III. Que la predestinación es un acto libre.
Cap. IV. De la materia y objeto de la predestinación.
Cap. V. Del término de la predestinación.
Cap. VI. De la ciencia absoluta que precede necesariamente a la predestinación.
Cap. VII. De la necesidad de la presciencia condicionada antes de la predestinación.
Cap. VIII. Que el decreto de la gloria es el primer acto en la predestinación de los hombres.
Cap. IX. Que el mismo decreto fue el primero en la predestinación de los ángeles.
Cap. X. Que este decreto está definido en cuanto a las personas y en cuanto a los grados de gloria.
Cap. XI. Que este decreto es dilección y elección de la predestinación.
Cap. XII. Que en el mismo signo fueron elegidos todos los predestinados.
Cap. XIII. De la voluntad por la cual Dios preparó los medios a los predestinados.
Cap. XIV. De la voluntad por la cual Dios ejecuta los efectos de la predestinación.
Cap. XV. Si la voluntad por la cual Dios intenta y confiere la gloria produce diversas mutaciones en el predestinado.
Cap. XVI. Si en la predestinación es necesario un acto de imperio distinto de los demás.
Cap. XVII. Si la predestinación es acto del intelecto o de la voluntad.
Cap. XVIII. De la comparación de la predestinación con la providencia.
Cap. XIX. De la comparación de la predestinación con la gracia y la gobernación sobrenatural.
Cap. XX. De la comparación de la predestinación con el libro de la vida.

LIBRO SEGUNDO……...234

DE LAS CAUSAS DE LA PREDESTINACIÓN

Cap. XIX. De comparatione praedestinationis ad gratiam et supernaturalem gubernationem.
Cap. XX. De comparatione praedestinationis cum libro vitae.

LIBRI SECUNDI 230

DE CAUSIS PRAEDESTINATIONIS

Cap. I. De statu controversiae, et multiplici disputationis sensu.
Cap. II. De causis physicis praedestinationis quoad effectus.
Cap. III. An detur causa moralis quoad effectus ex parte praedestinati.
Cap. IV. An praecesserit aliqua praedestinati actio vitam hanc, quae sit praedestinationis ejus causa.
Cap. V. An ex meritis conditionatis sumi possit praedestinationis ratio. Hic de infantibus agitur.
Cap. VI. De causa meritoria ex bono liberi arbitrii usu.
Cap. VII. De causa dispositiva ex morali usu liberi arbitrii.
Cap. VIII. Patrum sententia, et praecipue Graecorum de causa praedestinationis ex naturae operibus.
Cap. IX. Objectio contra superiorem resolutionem.
Cap. X. Quod bonum opus morale non possit esse, nisi ex praedestinatione et gratia, tripliciter refertur et confutatur.
Cap. XI. Quarto modo idem assertum refertur.

Cap. I. Del estado de la controversia y del múltiple sentido de la disputa.
Cap. II. De las causas físicas de la predestinación en cuanto a los efectos.
Cap. III. Si se da causa moral en cuanto a los efectos de parte del predestinado.
Cap. IV. Si precedió alguna acción del predestinado a esta vida, que sea causa de su predestinación.
Cap. V. Si de méritos condicionados puede tomarse la razón de la predestinación. Aquí se trata de los niños.
Cap. VI. De la causa meritoria por el buen uso del libre arbitrio.
Cap. VII. De la causa dispositiva por el uso moral del libre arbitrio.
Cap. VIII. Sentencia de los Padres, y especialmente de los griegos, sobre la causa de la predestinación por las obras de la naturaleza.
Cap. IX. Objeción contra la resolución anterior.
Cap. X. Que el buen obra moral no puede ser, sino por la predestinación y la gracia, se refiere y se confuta de tres modos.
Cap. XI. De un cuarto modo se refiere el mismo aserto.
Cap. XII. La verdadera sentencia contraria se prueba por la Escritura.
Cap. XIII. La misma sentencia se fortalece con la autoridad de los Concilios.
Cap. XIV. Con la autoridad de los Padres se corrobora la misma sentencia.
Cap. XV. Con la razón se comprueba la misma sentencia.
Cap. XVI. La misma sentencia se demuestra por los inconvenientes.
Cap. XVII. Se responde a los fundamentos de la sentencia contraria puestos en el capítulo décimo.
Cap. XVIII. Se responde a la objeción propuesta en el capítulo noveno.
Cap. XIX. El buen obra moral de virtud adquirida, aunque sea efectuada por gracia extrínseca, no es causa propia de la predestinación.
Cap. XX. La obra sobrenatural procedente de la gracia no es causa de la predestinación en cuanto a todos los efectos.

Cap. XII. Vera sententia contraria ex Scriptura probatur.
Cap. XIII. Eadem sententia Conciliorum auctoritate fulcitur.
Cap. XIV. Auctoritate Patrum eadem sententia corroboratur.
Cap. XV. Ratione comprobatur eadem sententia.
Cap. XVI. Eadem sententia demonstratur ex incommodis.
Cap. XVII. Respondetur fundamentis contrariae sententiae positis, capite decimo.
Cap. XVIII. Respondetur objectioni, capite nono proposita.
Cap. XIX. Bonum opus morale acquisitae virtutis, licet a gratia extrinseca efficiatur, non est causa propria praedestinationis.
Cap. XX. Supernaturale opus ex gratia procedens non est causa praedestinationis quoad omnes effectus.
Cap. XXI. An Christus, vel unus homo purus, queat esse causa praedestinationis alterius quoad omnes effectus.
Cap. XXII. Possit-ne dari causa praedestinationis ex parte actus divinae voluntatis.
Cap. XXIII. An ex parte praedestinati detur causa praedestinationis secundum se.
Cap. XXIV. Potuerit-ne homo purus, vel Christus mereri aliis praedestinationem quoad liberam determinationem electionis divinae.
Cap. XXV. Deturne aliqua causa, vel ratio electionis

Cap. XXI. Si Cristo, o un hombre puro, puede ser causa de la predestinación de otro en cuanto a todos los efectos.
Cap. XXII. Si puede darse causa de la predestinación de parte del acto de la voluntad divina.
Cap. XXIII. Si de parte del predestinado se da causa de la predestinación según sí misma.
Cap. XXIV. Si un hombre puro, o Cristo, pudo merecer a otros la predestinación en cuanto a la libre determinación de la elección divina.
Cap. XXV. Si se da alguna causa o razón de la elección de los predestinados de parte de Dios.

LIBRO TERCERO……592

SOBRE LOS EFECTOS DE LA PREDESTINACIÓN Y SU CONCORDIA CON LA LIBERTAD DEL ALBEDRÍO

Cap. I. Si la predestinación tiene algunos efectos.
Cap. II. Qué condiciones se requieren para que algún beneficio sea efecto de la predestinación.
Cap. III. Si la gloria y la perseverancia son efectos de la predestinación.
Cap. IV. Si la gracia santificante es efecto de la predestinación.
Cap. V. Si los méritos del predestinado son efectos de la predestinación.
Cap. VI. Qué auxilios prevenientes son efectos de la predestinación.
Cap. VII. De qué modo los bienes naturales son efectos de la predestinación.
Cap. VIII. En qué sentido el mal y su permisión son efectos de la predestinación.
Cap. IX. La predestinación no introduce necesidad en la justificación.
Cap. X. La predestinación no introduce necesidad en el obrar bien.

LIBRO CUARTO……..673

praedestinatorum ex parte Dei.

LIBER TERTIUS

DE PRAEDESTINATIONIS EFFECTIBUS, EORUMQUE CONCORDIA CUM ARBITRII LIBERTATE

Cap. I. Habeat-ne praedestinatio aliquos effectus.
Cap. II. Quae conditiones requirantur, ut aliquod beneficium sit effectus praedestinationis.
Cap. III. Sit-ne gloria, et perseverantia praedestinationis effectus.
Cap. IV. An gratia sanctificans sit effectus praedestinationis.
Cap. V. Sint-ne merita praedestinati effectus praedestinationis.
Cap. VI. Quae auxilia praevenientia sint effectus praedestinationis.
Cap. VII. Quomodo naturalia bona praedestinationis effectus existant.
Cap. VIII. Malum, permissioque eius qua ratione praedestinationis sit effectus.
Cap. IX. Praedestinationem non inducere necessitatem iustificationis.
Cap. X. Praedestinationem non inducere necessitatem bene operandi.

LIBER QUARTUS 672

DE SUPERNATURALI PROVIDENTIA DEI Circa aeternam salutem reproborum seu non electorum.

DE LA PROVIDENCIA SOBRENATURAL DE DIOS
Acerca de la salvación eterna de los reprobos o no elegidos.

Cap. I. Si Dios quiere salvar a todos.
Cap. II. Cómo es la voluntad de salvar a todos.
Cap. III. Si se dan a todos los adultos medios suficientes.
Cap. IV. Si se provee a todos los niños.

LIBRO QUINTO……..711

SOBRE LA REPROBACIÓN

Cap. I. Si existe la reprobación y qué es.
Cap. II. Si reside en el entendimiento o en la voluntad.
Cap. III. Si Dios quiere por sí mismo no hacer bienaventurados a algunos.
Cap. IV. De los actos del entendimiento y la voluntad de Dios respecto de los réprobos.
Cap. V. De que la reprobación negativa no tiene causa.
Cap. VI. De la causa de la reprobación positiva.
Cap. VII. De los efectos de la reprobación.
Cap. VIII. De la concordia de la reprobación con el libre albedrío

LIBRO SEXTO……..766

SOBRE ALGUNAS COMPARACIONES ENTRE PREDESTINADOS Y RÉPROBOS, O ENTRE LA PREDESTINACIÓN Y LA REPROBACIÓN.

Cap. I. Si el predestinado recibe en esta vida dones de gracia mayores que el réprobo.
Cap. II. En qué se comparan la predestinación y la reprobación en cuanto a la certeza.
Cap. III. Si el número de los predestinados es mayor que el de los réprobos.

Cap. I. Utrum Deus velit omnes salvare.
Cap. II. Qualis sit voluntas salvandi omnes.
Cap. III. Utrum dentur omnibus adultis media sufficientia.
Cap. IV. An infantibus omnibus provideatur.

LIBRI QUINTI 710

DE REPROBATIONE

Cap. I. An sit, et quid sit reprobatio.
Cap. II. An sit in intellectu, vel voluntate.
Cap. III. An Deus ex se velit aliquos non beare.
Cap. IV. De actibus intellectus, et voluntatis Dei circa reprobos.
Cap. V. Reprobationis negativae non dari causam.
Cap. VI. De causa reprobationis positivae.
Cap. VII. De reprobationis effectibus.
Cap. VIII. De concordia reprobationis cum libero arbitrio.

LIBER SEXTUS. 766

DE NONNULLIS COMPARATIONIBUS INTER PRAEDESTINATOS ET REPROBOS, SEU INTER PRAEDESTINATIONEM ET REPROBATIONEM.

Cap. I. An praedestinati sint in hac vita certi de sua praedestinatione.
Cap. II. In certitudine comparantur praedestinatio et reprobatio.
Cap. III. Sitne maior numerus praedestinatorum quam reproborum.

Cap. IV. Se comparan con la entera providencia de Dios.

PROEMIO

Aunque la predestinación y la reprobación están tan unidas y de algún modo subordinadas entre sí, que apenas puede entenderse o explicarse perfectamente una sin la otra, y por esta causa suelen ser tratadas indistintamente por los Doctores, no obstante, por mayor claridad, hablaremos de cada una por separado y luego las compararemos entre sí.
Y así dividiremos esta obra en tres partes principales. La primera será sobre la Predestinación, porque es más noble que la reprobación y procede de la voluntad primaria de Dios, que es por sí misma intentada; por lo cual se compara con la reprobación de algún modo como el fin con los medios (pues todas las cosas son por los elegidos, incluso la permisión y procreación de los réprobos), y como el hábito con la privación. De donde es necesario que aquella primera parte sea más extensa que las demás, y por eso la distribuiremos en tres libros: en el primero disputaremos sobre la esencia de la predestinación, en el segundo sobre sus causas y en el tercero sobre sus efectos. Luego, para que se entienda mejor la justicia de la divina reprobación, interpondremos un cuarto libro, en el cual trataremos de la divina providencia sobrenatural con los hombres que Dios no predestina. El quinto libro explicará, pues, la reprobación. El sexto comparará la predestinación con la reprobación, para que en una resplandezca más la divina misericordia y en la otra la divina justicia. Y así abarcaremos toda la doctrina de este misterio en estos seis libros, según nuestra capacidad, con la ayuda de Dios.
Procuraremos, al exponerla, mantener aquel modo de decir y disputar que suele exigir el conocimiento exacto de una ciencia. Pues aunque este asunto de la

Cap. IV. Ad totam Dei providentiam comparantur.

PROOEMIUM

Quamvis praedestinatio et reprobatio ita sint coniunctae et aliquo modo subordinatae, ut vix possit una sine alia perfecte intelligi aut explicari, eamque ob causam soleant a Doctoribus promiscue tractari: nihilominus maioris claritatis gratia de unaquaque separatim dicemus, et deinde illas inter se comparabimus.

Atque ita hoc opus in tres praecipuas partes dividemus. Prima erit de Praedestinatione, quia nobilior est reprobatione, et ex primaria Dei voluntate est per se intenta; unde ad reprobationem quodammodo, ut finis ad media (omnia enim propter electos, etiam reproborum permissio et procreatio), et ut habitus ad privationem comparatur. Unde necesse est illam primam partem ceteris esse copiosiorem, ideoque in tres libros illam distribuemus, atque in primo de praedestinationis essentia, in secundo de illius causis, in tertio vero de eiusdem effectibus disputabimus. Deinde, ut divinae reprobationis iustitia melius intelligatur, quartum interponemus librum, in quo de divina providentia supernaturali cum hominibus, quos Deus non praedestinat, disseremus. Quintus ergo liber reprobationem explicabit. Sextus vero praedestinationem cum reprobatione conferet, ut in altera divina misericordia, in altera vero divina iustitia magis elucescat. Atque ita totam huius mysterii doctrinam his sex libris, pro captu nostro, Deo bene iuvante, comprehendemus.

Curabimusque in illa tradenda eam dicendi ac disputandi rationem tenere, quam solet exacta scientiae cognitio postulare. Nam licet hoc praedestinationis negotium abditissimum sit, solaque fide teneatur, atque humanam scientiam transcendat: tamen suppositis fidei principiis conandum nobis est in eo

predestinación sea muy oculto, se mantenga solo por la fe y trascienda la ciencia humana, sin embargo, supuestos los principios de la fe, debemos esforzarnos en observar en su explicación el método científico, para que podamos investigar algo de tan gran misterio con mayor comodidad. No escrutando ciertamente los divinos consejos, como si pudieran ser comprendidos por el ingenio humano, sino venerando más bien la alteza de las riquezas de la sabiduría y ciencia de Dios, y recibiendo con admiración sus juicios inescrutables, y, supuesta esta fe, investigando con la divina gracia alguna razón e inteligencia de este misterio.

LIBRO PRIMERO

DE LA NECESIDAD Y NATURALEZA DE LA PREDESTINACIÓN

En este primer libro, explicada primero la significación de la voz y tratada la cuestión de si existe la predestinación, indagaremos qué es ella, o qué esencia o razón formal tiene. Porque en verdad (como veremos) la predestinación consiste en un acto o actos de la mente divina (comprendiendo bajo mente el intelecto y la voluntad), y todo acto de la mente tiene un objeto o materia alrededor de la cual versa; por eso, consecuentemente, veremos qué clase de acto es la predestinación, en qué materia versa, si comprende actos del intelecto y de la voluntad, cuáles son estos, y en cuáles de ellos se pone principalmente la razón de la predestinación. Todas estas cosas las comprenderemos en este primer libro.

LIBRO PRIMERO

ES NECESARIO PONER EN DIOS LA PREDESTINACIÓN

explicando scientiae methodum observare, ut commodius de tanto mysterio aliquid investigare possimus. Non quidem divina consilia perscrutando, ac si ab humano ingenio possint comprehendi: sed venerando potius altitudinem divitiarum sapientiae et scientiae Dei, et inscrutabilia eius iudicia cum admiratione suscipiendo, et hac fide supposita, rationem aliquam et intelligentiam huius mysterii cum divina gratia investigando.

LIBER PRIMUS

DE PRAEDESTINATIONIS NECESSITATE AC NATURA

In hoc primo libro, explicata prius significatione vocis et tractata quaestione an sit praedestinatio, quid illa sit quamve essentiam vel rationem formalem habeat, inquiremus. Quia vero (ut videbimus) praedestinatio in actu vel actibus mentis divinae consistit (sub mente intellectum et voluntatem comprehendendo), et omnis actus mentis habet obiectum seu materiam circa quam versatur; ideo consequenter videbimus qualis actus praedestinatio sit, et in qua materia versetur, et an actus intellectus et voluntatis comprehendat, et quinam illi sint, et in quibus illorum principalius ratio praedestinationis posita sit. Quae omnia in hoc primo libro comprehendemus.

CAPUT I.

NECESSARIUM ESSE IN DEO PRAEDESTINATIONEM PONERE.

1.Non defuerunt qui praedestinationem in Deo esse negaverint, ut colligitur ex Prospero in responsione ad obiectiones

1. No han faltado quienes negaron que la predestinación exista en Dios, como se colige de Próspero en la respuesta a las objeciones de los galos, capítulo primero, y de Agustín, libro segundo *del Bien de la perseverancia*, capítulo 14. Pensaban, en efecto, que la predestinación no es otra cosa que el hado, con cuya admisión se suprime la libertad del arbitrio.

2. No obstante, es cierto de fe que la predestinación conviene a Dios. Así lo enseñan los citados Padres, y lo supone el Concilio de Trento, Sesión 6, cap. 12 y canon 16, en cuanto define que nadie puede estar cierto de su predestinación si no le es revelado especialmente. Y se convence por Pablo en Rom. 8 y 9, 1 Cor. 2 y Efes. 1, en cuyos lugares atribuye a Dios la predestinación bajo esta misma voz y bajo otros nombres de elección, propósito y presciencia. Lo mismo se tiene de muchos otros lugares que después recordaré.

3**. Se explica la voz *predestinación*.** — La razón de la cosa misma constará por lo que se dirá; ahora solo se declara por la significación de la voz. La voz *praedestinatio* está compuesta del verbo *destino*, que entre los latinos tiene varias significaciones. Sin embargo, dos o tres son las principales para la cosa presente. A veces significa *enviar*, a veces *designar para algún oficio*, y con más frecuencia *proponer en el ánimo y establecer*. Y ciertamente Santo Tomás, 1 p., q. 23, art. 4, a quien sigue Durando en 1, d. 41, q. 4, deriva el nombre de predestinación de la primera significación. Pero Alejandro de Hales, 4 p., q. 28, memb. 1, y otros estiman más bien que debe tomarse de la última. Sin embargo, en la realidad no puede haber diversidad, porque la predestinación no significa la misión o transmisión exterior a la vida eterna, como todos reconocen, y se toma de Pablo en Rom. 8, donde distingue la predestinación de la glorificación y de aquellas acciones por las cuales el hombre es transmitido en realidad y exteriormente (por así decirlo) a la vida eterna, como son la vocación y la santificación. Luego, aunque la predestinación signifique transmisión, no obstante no en la realidad ejercida, sino concebida

Gallorum, capite primo, et ex Augustino, libro secundo *de Bono perseverantiae*, capite 14. Putabant enim praedestinationem nihil aliud esse quam fatum, quo posito libertas arbitrii tollitur.

2. Nihilominus certum de fide est praedestinationem Deo convenire. Ita docent praedicti Patres, et supponit Tridentinum, Sess. 6, cap. 12 et canon 16, quatenus definit neminem posse esse certum de sua praedestinatione nisi ei specialiter reveletur. Et convincitur ex Paulo ad Rom. 8 et 9, 1 ad Cor. 2 et ad Ephes. 1, quibus locis praedestinationem sub hac eadem voce Deo attribuit et sub aliis nominibus electionis, propositi, praescientiae. Idem habetur ex multis aliis locis, quae postea commemorabo.

3. Vox praedestinationis exponitur. — Ratio ex re ipsa constabit ex dicendis; nunc solum declaratur ex vocis significatione. Vox enim *praedestinatio* composita est a verbo *destino*, quod apud Latinos varias habet significationes. Duae tamen vel tres sunt praecipuae ad rem praesentem. Aliquando enim significat *mittere*, aliquando *designare ad aliquod munus*, saepius vero *animo proponere et statuere*. Et quidem divus Thomas, 1 p., q. 23, art. 4, quem sequitur Durandus 1, d. 41, q. 4, praedestinationis nomen a prima significatione derivat. At vero Alexander Alensis, 4 p., q. 28, memb. 1, et alii potius existimant sumendam esse ex ultima. Tamen in re non potest esse diversitas, quia praedestinatio non significat exteriorem missionem seu transmissionem in vitam aeternam, ut omnes fatentur, et sumitur ex Paulo ad Rom. 8, ubi praedestinationem a glorificatione distinguit et ab illis actionibus per quas homo re ipsa et exterius (ut sic dicam) transmittitur in vitam aeternam, ut sunt vocatio et sanctificatio. Ergo etiam si praedestinatio transmissionem significet, non tamen in re exercitam, sed mente conceptam, ut etiam divus Thomas notavit, articulo secundo ad

en la mente, como también notó Santo Tomás en el artículo segundo, ad 2.

4. Si existe la predestinación. — De aquí, pues, consta evidentemente que existe en Dios la predestinación, porque muchos son los que por virtud y auxilio divino son transferidos a la vida eterna: es necesario, sin embargo, que esto se haga por la voluntad, presciencia y providencia de Dios; luego precede en Dios la razón o concepción y voluntad de aquella transmisión que se hace en el tiempo: aquella, pues, se significa con el nombre de predestinación. Pues para significar esto, al verbo *destino* se añadió la partícula *prae*. Acerca de la cual debe advertirse brevemente que puede significar o solo la antecedencia de la eternidad al tiempo, o también algún orden o prioridad de razón entre los mismos actos de la ciencia y voluntad divina. Y de este segundo modo se toma por muchos teólogos cuando tratan de la predestinación, y rectamente, según estimo. Sin embargo, en este sentido no es cosa perteneciente a la fe, al menos claramente definida, que se dé tal modo de predestinación. Tanto porque esta división de signos en la mente divina y de prioridad o de orden de razón entre actos de la voluntad y del intelecto no pertenece a los dogmas de fe, sino a la disputación meramente teológica; como también porque en este sentido algunos católicos entendieron que no se da en Dios predestinación absoluta o preparación de la gracia o de la gloria respecto de algún hombre antes de la presciencia absoluta de los actos futuros o de la futura cooperación del libre arbitrio. O al menos que Dios no tuvo tal modo de propósito o predestinación respecto de todos los que en el tiempo se salvan. Opiniones que hasta ahora no han sido condenadas por la Iglesia ni merecen censura o nota alguna, aunque sean falsas, como después veremos.

5. Por tanto, para que la aserción tenga certeza de fe, debe tomarse la partícula *prae* de modo que signifique solo la antecedencia de la eternidad al tiempo; en este sentido procede óptimamente la razón aducida, y es no solo cierta, sino también evidente, supuestos los dogmas sobre la glorificación de los justos. Y así

explicó expresamente aquella partícula Alejandro de Hales en el lugar citado, artículo primero; y lo mismo significó Durando en 1, dist. 40, q. 1, diciendo que la razón de destinación al fin sobrenatural preexiste en Dios antes de que las cosas se hagan, y por esta antecedencia a la cosa misma se llama predestinación, lo cual tomó de Santo Tomás, artículo primero.
Solo, pues, bajo esta significación y razón general queda ahora cierto que existe en Dios la predestinación.

6. Solo Dios puede predestinar. — Más aún, como rectamente anotó Durando, de aquí también se concluye que la predestinación, tal como ahora hablamos de ella, solo puede convenir a Dios. Pues la predestinación significa la razón de orden o de transmisión infalible de la criatura racional a la vida eterna: solo Dios, en cambio, puede ordenar de este modo una cosa creada a un fin, tanto por la excelencia de aquel fin como también por la infalible y eficaz preordenación, que exige infinita sabiduría y omnipotencia de Dios. Luego la predestinación está en Dios y solo a Él puede convenir.

CAPÍTULO II

SI LA PREDESTINACIÓN ES ACTO INMANENTE QUE CONVIENE A DIOS DESDE LA ETERNIDAD

1.La razón de dudar puede ser porque la predestinación es definida por Agustín como «presciencia y preparación de los beneficios de Dios», etc. (*De bono perseverantiae*, capítulo 14). Y aunque la presciencia sea eterna, sin embargo la preparación, por la cual se completa la razón de la predestinación, parece ser temporal. La menor se prueba en cuanto a la parte posterior, porque el artífice que delibera sobre hacer un edificio no se dice que prepara para hacer el edificio hasta que comienza a reunir la materia de la que ha de construirse, y el rey no se dice que prepara para la guerra hasta que reúne dinero, compra armas y convoca soldados; luego, de modo semejante, Dios no se dice

4. Praedestinatio an sit. — Hinc ergo evidenter constat esse in Deo praedestinationem, quia multi sunt qui divina virtute et auxilio transferuntur in vitam aeternam: necesse est autem ut hoc fiat ex voluntate, praescientia et providentia Dei; ergo praecedit in Deo ratio seu conceptio ac voluntas illius transmissionis quae in tempore fit: illa autem significatur nomine praedestinationis. Nam ad hoc significandum verbo *destino* addita est particula *prae*. Circa quam est breviter advertendum posse significare vel solam antecessionem aeternitatis ad tempus, vel etiam ordinem aliquem seu prioritatem rationis inter ipsos actus divinae scientiae et voluntatis. Et hoc posteriori modo sumitur a multis theologis cum de praedestinatione tractant, et recte, ut existimo. Tamen in hoc sensu non est res pertinens ad fidem, saltem aperte definitam, quod detur talis praedestinationis modus. Tum quia haec divisio signorum in divina mente et prioritatis seu ordinis rationis inter actus voluntatis et intellectus non pertinet ad dogmata fidei, sed ad disputationem mere theologicam; tum etiam quia in hoc sensu aliqui catholici intellexerunt non dari in Deo absolutam praedestinationem seu praeparationem gratiae vel gloriae respectu alicuius hominis ante praescientiam absolutam futurorum actuum seu futurae cooperationis liberi arbitrii. Vel saltem non habuisse Deum talem modum propositi seu praedestinationis circa omnes qui in tempore salvantur. Quae opiniones hactenus non sunt ab Ecclesia damnatae nec censuram aliquam aut notam merentur, licet falsae sint, ut postea videbimus.

5. Igitur ut assertio posita fidei certitudinem habeat, sumenda est particula *prae* ut dicat solum antecessionem aeternitatis ad tempus, quo sensu procedit optime ratio facta, estque non solum certa, sed etiam evidens, suppositis dogmatibus de glorificatione iustorum. Et ita expresse illam particulam explicuit Alensis, loco citato, articulo primo; idemque

significavit Durandus 1, dist. 40, q. 1, dicens rationem destinationis in finem supernaturalem praeexistere in Deo antequam res fiant, et propter hanc antecessionem ad rem ipsam vocari praedestinationem, quod sumpsit ex D. Thoma, articulo primo.
Solum ergo sub hac significatione et generali ratione certum nunc relinquitur in Deo esse praedestinationem.

6. Deus solus praedestinare potest. — Imo, ut recte adnotavit Durandus, hinc etiam concluditur praedestinationem, ut nunc de illa loquimur, soli Deo posse convenire. Nam praedestinatio significat rationem ordinis seu transmissionis infallibilis creaturae rationalis in vitam aeternam: solus autem Deus potest ordinare hoc modo rem creatam in finem, tum propter excellentiam illius finis, tum etiam propter infallibilem et efficacem praeordinationem, quae postulat infinitam sapientiam et omnipotentiam Dei. Ergo praedestinatio et in Deo est et soli illi convenire potest.

CAPUT II.

SITNE PRAEDESTINATIO ACTUS IMMANENS EX AETERNITATE DEO CONVENIENS.

1. Ratio dubitandi esse potest, quia praedestinatio definitur ab Augustino quod sit «praescientia et praeparatio beneficiorum Dei», etc. (*De bono perseverantiae*, capite decimo quarto). Et quamvis praescientia sit aeterna, tamen praeparatio, per quam ratio praedestinationis completur, videtur esse temporalis. Minor quoad posteriorem partem probatur, quia artifex qui deliberat de aedificio faciendo non dicitur praeparare ad aedificium faciendum donec materiam ex qua conficiendum est congregare incipiat, et rex non dicitur praeparare ad bellum donec pecuniam congreget, arma emat, convocet milites; ergo similiter Deus non dicitur praeparare

que prepara beneficios a los hombres hasta que comienza a conferírselos; luego la preparación, y por consiguiente también la predestinación, no dice solo un acto inmanente y eterno, sino que involucra también algo externo y temporal.

2. Primera aserción. — Debe decirse en primer lugar: la predestinación es un acto inmanente en Dios, que denomina intrínsecamente al que predestina, y extrínsecamente denomina predestinado a la cosa alrededor de la cual versa.
Esta aserción es de Santo Tomás, en la citada cuestión 23, artículo 2, donde en este sentido defiende que la predestinación no pone nada en los predestinados, sino en el que predestina. Y ciertamente en cuanto a la primera parte, entiende que no pone nada formalmente en los predestinados, porque no es una forma de ellos que les inhiera: efectivamente, sin embargo, pone algo en ellos, como constará después al declarar los efectos de la predestinación. Queda, pues, que la predestinación está intrínsecamente en el mismo Dios que predestina: pues debe estar intrínsecamente en algo; luego, como no está en la cosa predestinada, es necesario que esté en Dios.
Dirás: la predestinación dice formalmente un respecto de razón, porque ni en Dios ni en otro está intrínsecamente. Respondo que la predestinación en sí es algo real, aunque no pueda ser concebida o explicada por nosotros sino por modo de respecto de razón. Pues verdaderamente y en la realidad Dios predestina y la misma predestinación es verdadera causa real de muchos efectos. Finalmente, en cuanto a esto, la misma razón tiene la predestinación que la voluntad y la presciencia de Dios en cuanto versan acerca de las criaturas. De donde también consta que la predestinación no puede estar en Dios sino como acto inmanente, como notó Santo Tomás en el citado artículo, ad 1: tanto porque la predestinación no significa algo por modo de acto primero, sino por modo de acto último y vital, como la presciencia, elección y cosas semejantes, según consta por la misma significación de la voz y por el sentido de todos; como también porque (como diré inmediatamente) la

hominibus beneficia donec illa conferre incipiat; ergo praeparatio, ac proinde etiam praedestinatio, non dicit actum solum immanentem et aeternum, sed involvit etiam externam et temporalem.

predestinación dice algo libre: nada, en cambio, se denomina libre en Dios sino aquello que le conviene por modo de acto inmanente; pues todos los demás atributos le convienen por necesidad.

2. Prima assertio. — Dicendum vero est primo: praedestinationem esse actum immanentem in Deo, quem praedestinantem denominat intrinsece, rem autem circa quam versatur extrinsece denominat praedestinatam.

Haec assertio est divi Thomae, dicta quaestione vigesima tertia, articulo secundo, ubi in hoc sensu defendit praedestinationem nihil ponere in praedestinatis, sed in praedestinante. Et quidem quoad priorem partem spectat, intelligit nihil ponere in praedestinatis formaliter, quia non est forma illorum eis inhaerens: effective autem aliquid ponit in illis, ut infra constabit declarando praedestinationis effectus. Relinquitur ergo praedestinationem esse intrinsece in ipso Deo praedestinante: nam in aliquo esse debet intrinsece; ergo cum non sit in re praedestinata, necesse est ut sit in Deo.

Dices: praedestinationem dicere de formali respectum rationis, quia nec in Deo nec in alio est intrinsece. Respondeo praedestinationem in se aliquid esse reale, licet a nobis concipi aut explicari non possit nisi per modum respectus rationis. Nam vere et in re Deus praedestinat et praedestinatio ipsa est vera causa realis plurium effectuum. Denique, quoad hoc eadem est ratio praedestinationis quae est voluntatis et praescientiae Dei, prout circa creaturas versantur. Unde etiam constat praedestinationem non posse esse in Deo nisi actum immanentem, ut notavit divus Thomas dicto articulo ad primum: tum quia praedestinatio non significat aliquid per modum actus primi, sed per modum actus ultimi et vitalis, sicut praescientia, electio et huiusmodi, ut ex ipsa vocis significatione et omnium sensu constat; tum etiam quia (ut statim dicam) praedestinatio dicit quid liberum: nihil autem denominatur liberum in Deo nisi id quod illi convenit per modum actus

3. Segunda aserción. — En segundo lugar debe decirse: la predestinación es un acto eterno y conviene a Dios desde la eternidad según toda su razón. Es cosa cierta, y se colige de aquel pasaje de Efesios 1: «Nos eligió en Él antes de la constitución del mundo», y añade después: «Quienes predestinó», ciertamente entonces cuando nos eligió. De donde añade después: «Predestinados según el propósito de Aquel que obra todas las cosas según el consejo de su voluntad»; y a esto mismo alude Pablo en Romanos 8, diciendo: «Pues a los que conoció de antemano y predestinó», etc., y a estos predestinados inmediatamente los llama elegidos, diciendo: «¿Quién acusará contra los elegidos de Dios?». Es, pues, igualmente eterna la predestinación que la presciencia o la elección. Y así también en 1 Corintios 2: la Sabiduría encarnada se dice «predestinada antes de los siglos para nuestra gloria». En estos lugares todos los Padres reconocen que la predestinación es eterna, y Agustín en *De praedestinatione Sanctorum*, capítulo 10, y *De bono perseverantiae*, capítulo 14; Fulgencio, libro primero *ad Monimum*, caps. 12 y 13.

4. Razón de la aserción. — Se declara por razón a partir de lo dicho en el capítulo primero. Porque aquella partícula *prae* significa la antecedencia de la divina predestinación al efecto de ella, que es la transmisión a la gloria, la cual, mediante la gracia, se realiza en el tiempo. Aquella antecedencia, sin embargo, no puede ser por una duración finita, sino por la eternidad. La razón de esto es porque nada puede convenir a Dios desde el tiempo, aparte de las denominaciones extrínsecas o relaciones de razón que provienen de la efectiva realización o existencia de las criaturas. La predestinación, en cambio, no dice tal denominación, puesto que antecede a la existencia del efecto creado al que se refiere; luego es necesario que convenga a Dios antes del inicio del tiempo. De lo contrario, Dios se

immanentis; reliqua enim attributa omnia ex necessitate illi conveniunt.

3. Secunda assertio. — Secundo dicendum est: praedestinationem esse actum aeternum et secundum totam rationem suam ex aeternitate convenire Deo. Est res certa, colligiturque ex illo ad Ephesios primo: «Elegit nos in ipso ante mundi constitutionem», et subdit inferius: «Qui praedestinavit nos», utique tunc quando nos elegit. Unde subdit inferius: «Praedestinati secundum propositum eius qui operatur omnia secundum consilium voluntatis suae»; et ad hoc ipsum alludit Paulus ad Romanos octavo, dicens: «Nam quos praescivit et praedestinavit», etc., et hos praedestinatos statim vocat electos, dicens: «Quis accusabit adversus electos Dei?». Est ergo aeque aeterna praedestinatio ac praescientia vel electio. Et sic etiam prima Corinthios secundo: Sapientia incarnata dicitur «praedestinata ante saecula in gloriam nostram». Quibus locis omnes Patres agnoscunt praedestinationem esse aeternam, et Augustinus *De praedestinatione Sanctorum*, capite decimo, et *De bono perseverantiae*, capite decimo quarto; Fulgentius, libro primo *ad Monimum*, cap. 12 et 13.

4. Ratio assertionis. — Ratione vero declaratur ex dictis, capite primo. Quia illa particula *prae* significat antecessionem divinae praedestinationis ad effectum eius, qui est transmissio in gloriam, quae, mediante gratia, in tempore fit. Illa autem antecessio non potest esse per durationem finitam, sed per aeternitatem. Cuius ratio est quia nihil potest convenire Deo ex tempore, praeter denominationes extrinsecas seu relationes rationis provenientes ex actuali effectione seu existentia creaturarum. Praedestinatio autem non dicit huiusmodi denominationem, cum antecedat existentiam effectus creati, ad quem dicit habitudinem: ergo necesse est ut conveniat Deo ante temporis initium. Alioqui mutaretur Deus, si nunc praedestinaret et non antea, cum mutaría si ahora predestinara y no antes, siendo así que el predestinar no le conviene por mutación de la criatura.

5. Objeción. — Se responde de dos maneras a la objeción. — Dirás: la predestinación es parte de la providencia; pero la providencia no es eterna, sino temporal, lo cual es claro porque la providencia es posterior a la creación, ya que provee a las cosas ya creadas, como dijo Nemesio en el libro *De la fábrica del hombre*, capítulo 42; y la creación es temporal, luego...

Respondo en primer lugar: sea lo que sea de la providencia en cuanto procura el bien a las cosas ya existentes, no obstante la predestinación, por razón de aquella antecedencia que indica la partícula *prae*, abstrae de la existencia de las cosas que son predestinadas, como óptimamente dijo Santo Tomás, artículo 2 ad 2, y por tanto es eterna.

En segundo lugar se dice: también la providencia, tomada formalmente, es eterna, como enseñó el mismo Santo Tomás, q. 22, art. 4 ad 2. Pues, aunque la ejecución de la providencia sea temporal (a la cual parece haber atendido Nemesio), sin embargo la voluntad y la razón existente en la mente de Dios, por la cual gobierna todas las cosas en el tiempo, es eterna, y esa se llama providencia.

6. Qué clase de preparación es la predestinación. — A la razón de dudar puesta al principio se responde que hay la misma equivocación en el verbo *preparar*. Pues hay una preparación exterior, cual suele ser o alguna disposición de la materia, o al menos la misma congregación remota de la materia, como suele ocurrir en la preparación humana para algún edificio; y tal preparación, en cuanto puede entenderse en alguna obra de Dios, es temporal, como prueba la razón aducida.

Puede aplicarse el ejemplo en la creación del hombre, pues antes de ella Dios de algún modo preparó la materia, formando el cuerpo del limo de la tierra, preparación que no fue menos temporal que la misma creación. Otra es la preparación meramente interna en la mente del gobernador o proveedor, como se dice que un hombre está preparado para responder cuando en su

praedestinare illi non conveniat ex mutatione creaturae.

5. Obiectio. — Bifariam obiectioni occuritur. — Dices: praedestinatio est pars providentiae; at providentia non est aeterna, sed temporalis, quod patet, quia providentia est posterior creatione, quia rebus iam creatis consulit, ut dixit Nemesius in libro *de Opificio hominis*, capite quadragesimo secundo; creatio autem temporalis est, ergo.

Respondeo primo: quidquid sit de providentia quatenus procurat bonum rebus iam existentibus, nihilominus praedestinationem, ratione illius antecessionis quam particula *prae* indicat, abstrahere ab existentia rerum quae praedestinantur, ut optime dixit D. Thomas, articulo 2 ad 2, ac proinde esse aeternam.

Secundo dicitur: etiam providentiam formaliter sumptam aeternam esse, ut idem D. Thomas docuit, q. 22, art. 4 ad 2. Nam, licet executio providentiae temporalis sit, ad quam videtur Nemesius respexisse, tamen voluntas et ratio existens in mente Dei, per quam in tempore omnia gubernat, aeterna est, et illa vocatur providentia.

6. Qualis praeparatio sit praedestinatio. — Ad rationem ergo dubitandi in principio positam respondetur eandem aequivocationem esse in verbo *praeparandi*. Est enim praeparatio quaedam exterior, qualis esse solet vel dispositio aliqua materiae, vel saltem ipsiusmet materiae remotae congregatio, ut solet esse in humana praeparatione ad aedificium aliquod; et talis praeparatio, quatenus in aliquo Dei opere intelligi potest, temporalis est, ut probat ratio facta.

Potestque exemplum adhiberi in creatione hominis, nam ante illam Deus quodam modo praeparavit materiam, formando corpus de limo terrae, quae praeparatio non minus temporalis fuit quam ipsa creatio. Alia est praeparatio mere interna in mente gubernatoris seu provisoris, ut dicitur homo esse paratus ad respondendum quando mente praevidit difficultates et praevenit responsiones earum; dicitur etiam

mente previó las dificultades y previno las respuestas a ellas; se dice también que alguien está preparado para dar cuando tiene el propósito de la voluntad de dar en tal tiempo.

De este modo posterior, pues, se dice que la predestinación es preparación en la mente y voluntad de Dios, pues tanto previó todos los medios por los cuales puede salvar a sus elegidos como por el propósito de su voluntad se los preparó, y tal preparación es eterna. A lo mismo viene a reducirse lo que dijo Santo Tomás en el citado art. 2 ad 3: que hay doble preparación, una del paciente y otra del agente; y que aquella es algo en la materia que se prepara, y por eso es temporal; esta, en cambio, está solo en el mismo agente: y en el agente por el intelecto y la voluntad solo está la razón preconcepta de las cosas que han de hacerse o el propósito de la voluntad para obrar, y por eso tal preparación en Dios es eterna, y tal es la predestinación.

7. Añade, además, Alejandro de Hales, citada q. 28, memb. 4, art. 3, la diferencia entre Dios y los agentes creados: que los agentes creados necesitan alguna materia externa para obrar, y por eso entonces se dicen principalmente que se preparan para la obra cuando de algún modo preparan o disponen al menos remotamente la materia. Pero Dios no necesita para obrar materia externa, sino solo su potencia, por la cual está en acto primero suficiente y tiene de sí mismo todo lo requerido para obrar si quiere, y por eso no necesita otra preparación más que el propósito y deliberación de su voluntad, que es eterna.

CAPÍTULO III

SI LA PREDESTINACIÓN CONVIENE A DIOS LIBREMENTE O NECESARIAMENTE

1. Razones de dudar. — La razón de dudar puede ser porque en el capítulo primero dijimos que la predestinación conviene a Dios por necesidad; pero lo que conviene a alguien por necesidad, no es libre para él. Asimismo dijimos que la predestinación es eterna;

quis paratus ad dandum quando propositum voluntatis habet dandi tali tempore.
Hoc ergo posteriori modo dicitur praedestinatio praeparatio in mente et voluntate Dei, nam et praenovit omnia media per quae potest salvare electos suos et per voluntatis suae propositum illa eis praeparavit, et talis praeparatio aeterna est. In idem redit quod D. Thomas dixit, dicto art. 2 ad tertium: duplicem esse praeparationem, aliam patientis, aliam agentis; illamque esse aliquid in materia quae praeparatur, et ideo esse temporalem; hanc vero esse tantum in ipso agente: et in agente per intellectum et voluntatem solum esse praeconceptam rationem agendorum vel voluntatis propositum ad agendum, et ideo huiusmodi praeparationem in Deo esse aeternam, talemque esse praedestinationem.

7. Addit vero Alensis, dicta q. 28, memb. 4, art. 3, differentiam inter Deum et creata agentia: quod agentia creata indigent aliqua externa materia ad agendum, et ideo tunc maxime dicuntur praeparari ad opus quando materiam aliquo modo praeparant vel disponunt saltem remote. At Deus non indiget ad agendum externa materia, sed sola sua potentia, per quam est in sufficienti actu primo et habet ex se omnia requisita ad agendum si velit, et ideo non indiget alia praeparatione praeterquam suae voluntatis proposito ac deliberatione, quae aeterna est.

CAPUT III.

PRAEDESTINATIO LIBERE NE, VEL NECESSARIO DEO CONVENIAT.

se cum illa, vel ad illam nihil referat, esto alioquin Deo conveniat propter infinitam vim intelligendi quam habet: plura enim scit Deus quam ad praedestinationem necessaria sint vel cum illa ordinem per se habeant. Aliud punctum est an haec scientia servet aliquem ordinem prioris vel posterioris secundum rationem respectu praedestinationis, cuius decisio ex priori omnino pendet.

3. Ratio dubitandi. — Ratio igitur dubitandi in priori puncto est quia praescientia haec nec est ipsa praedestinatio, nec pars vel effectus eius, nec causa illius: ergo nullum ordinem per se habet cum illa. Quis enim alius ordo per se cogitari potest?

Antecedens quoad tres priores partes facile probatur, quia haec scientia de contingentibus sub conditione antecedit decretum liberum Dei et abstrahit ab actuali existentia realiter futura in aliqua differentia temporis, et ita comprehenditur sub scientia simplicis intelligentiae; non potest ergo esse praedestinatio, quae dicit actum liberum, nec pars praedestinationis, quae similiter debet esse libera vel supponere actum liberum. Et eadem ratione multo minus potest esse effectus, quia effectus non solum supponit actum liberum Dei, sed etiam est temporalis: scientia autem illa aeterna est.

Ultima vero pars constat, quia haec scientia esset causa vel ratio ipsiusmet decreti praedestinationis, et hoc non, quia decretum est in Deo et nihil quod in Deo est habet causam. Nec rationem etiam habere potest ex parte praescientiae futurorum effectuum, alias praedestinaret Deus hominem quia praescivit eum bene usurum auxiliis gratiae, quod dici non potest, ut infra ostendam.

4. Conclusio. — Dicendum vero est scientiam conditionatam de omni effectu contingente praedestinando, quod scilicet infallibiliter futurum sit si Deus hoc vel illud auxilium praebeat, necessariam omnino esse in Deo ad praedestinationem et praefinitionem effectuum liberorum

exponerla. Esto declararé recorriendo uno por uno los modos de hablar.

5. Primer modo de explicar el decreto de predestinación. — Necesidad de esta ciencia para la verdadera predestinación. — Algunos, pues, explican el decreto de predestinación mediante una cierta predefinición singular, tanto de la gloria de cada predestinado en particular, como de su medida concreta, e incluso de cada uno de los actos o bienes por los cuales ha de conseguirse tal gloria. Y a continuación, mediante una cierta preparación absoluta de todos los auxilios con los cuales han de realizarse tales actos, desde la primera vocación hasta la última consumación del don de la perseverancia.

Este modo de hablar lo aprobamos nosotros grandemente, como diremos en lo que sigue. Tal modo de predestinación, por tanto, ni puede entenderse ni pensarse sin aquella presciencia. La razón de esta necesidad es que ningún hombre prudente puede, con un decreto absoluto de su voluntad, establecer que algo se haga o proponerse conseguir algún fin, si antes no está cierto de que tiene poder para hacer lo que quiere, o al menos sabe que tiene medios con los cuales pueda conseguir tal fin. Porque no puede tender eficazmente sino a aquello que juzga posible para sí, ni puede juzgar (al menos prudentemente y sin temeridad) que el efecto le es posible, si no es preconociendo el poder en sí mismo o en los medios que puedan ser aplicados por él.

6. Y si la intención y voluntad del que predestina o dispone es tal que lo que establece y predefine con decreto absoluto ha de cumplirse infaliblemente, de modo que el frustrar tal voluntad implique contradicción, es absolutamente necesario que la ciencia que se supone que tiene acerca de aquel poder y eficacia de los medios para tal fin sea del todo infalible. Porque la voluntad es ciega y es guiada por el intelecto; y por eso un agente intelectual no podría, mediante la voluntad, establecer con seguridad acerca de tal efecto (eficazmente realizándolo) o de conseguir tal fin, si antes por el intelecto no hubiera juzgado con ciencia infalible que aquel fin o efecto puede conseguirse de tal

qui ex vi praedestinationis absolute et infallibiliter futuri sunt.
Hanc assertionem illi solum negare possunt qui omnino negaverint Deum futura haec cognoscere. Qui vero senserint Deum illa certo cognoscere, etiamsi in modo vel medio quo illa cognoscit varie sentiant, non est cur non in huius assertionis veritate consentiant.
Ut autem necessitas huius scientiae ad praedestinationem certa ratione demonstretur in omni opinione, oportet prius supponere decretum praedestinationis, prout ad voluntatem spectat, tam respectu gloriae quam respectu gratiae, variis modis infra tractandis explicari et affirmari, et iuxta eorum diversitatem varias esse rationes necessitatis huius scientiae et diversum etiam modum exponendi illam: quod per singulos dicendi modos discurrendo declarabo.

5. Primus modus explicandi decretum praedestinationis. — Necessitas huius scientiae ad veram praedestinationem. — Quidam ergo praedestinationis decretum explicant per modum cuiusdam singularis praefinitionis, tam gloriae uniuscuiusque praedestinati, quam quantitatis eius in particulari, atque etiam singulorum actuum seu bonorum per quos talis gloria comparanda est. Ac subinde per absolutam quamdam praeparationem auxiliorum omnium, quibus tales actus efficiendi sunt, a prima vocatione usque ad ultimam consummationem doni perseverantiae.
Quem dicendi modum nos maxime probamus, ut in sequentibus dicemus. Talis ergo praedestinationis modus nec intelligi nec cogitari potest sine illa praescientia. Ratio huius necessitatis est quia nullus prudens potest absoluto decreto suae voluntatis statuere ut aliquid fiat, vel proponere consequi aliquem finem, nisi prius certus sit se habere potestatem faciendi id quod vult, vel saltem sciat se habere media quibus talem finem comparare valeat. Quia non potest intendere efficaciter nisi id quod iudicat sibi esse possibile, nec potest iudicare, saltem prudenter et

o cual modo. Esto es tan verdadero que incluso respecto a las cosas que Dios hace por sí mismo, no podría tener voluntad absoluta de hacerlas si antes no hubiera conocido en sí mismo la potencia suficiente para realizarlas.
En esta ciencia se incluye aquella ciencia condicionada, o son absolutamente lo mismo. Pues ¿qué es preconocer que tales medios son tales que por ellos puede obtenerse infaliblemente tal fin, sino conocer que, si se ponen tales medios, aquel efecto o fin se hará infaliblemente por ellos? Esta es precisamente la ciencia condicionada de la que tratamos.
Todos los que afirman que Dios predestina a los hombres a la gloria mediante un decreto absoluto predefinitivo, antes de la presciencia absoluta de todos los méritos futuros, es necesario que supongan la presciencia condicionada de aquellos actos libres o medios por los cuales tal gloria puede conseguirse y se conseguirá infaliblemente, si se proporcionan tales medios y auxilios para realizar aquel acto. Y lo mismo, guardando la proporción, ocurre si la predestinación de los mismos medios se constituye por una predefinición absoluta de cada uno de los actos libres, antes de toda ciencia de visión, por la misma razón.

7. Diferencia entre los diversos modos de esta presciencia. — Hay que notar, sin embargo, una diferencia importante entre los que así opinan acerca del modo en que Dios mueve las voluntades del hombre para ejecutar el acto libre que el mismo Dios ha predefinido que el hombre realice. Pues algunos dicen que Dios lo hace mediante una cierta moción que, por su virtud intrínseca, tiene fuerza para predeterminar físicamente la voluntad del hombre a aquel acto; de modo que, puesta aquella moción, es imposible (en sentido compuesto, como dicen) que la voluntad del hombre no elicite aquel acto al que es movida.
De donde se sigue evidentemente que Dios, antes de dar aquella moción o de decretar darla, preconoce esta proposición condicionada: *Si yo diere a tal voluntad tal moción, hará aquel acto*. Y como Dios hace que todos los medios libres de la predestinación se realicen en el hombre moviéndolo eficazmente mediante tal moción,

sine temeritate, sibi esse possibilem effectum nisi praecognoscendo potestatem in se vel in mediis quae ab ipso possint applicari.

6. Quod si intentio et voluntas praedestinantis seu disponentis talis sit, ut quod absoluto decreto statuit et praefinit omnino infallibiliter implendum sit, ita ut talem voluntatem frustrari contradictionem implicet: necessarium omnino est ut scientia, quam habere supponitur de illa potestate et efficacia mediorum ad talem finem, sit omnino infallibilis.
Quia voluntas est caeca et ab intellectu ducitur; et ideo non posset intellectuale agens per voluntatem secure statuere de tali effectu absolute efficiendo vel tali fine consequendo, nisi per intellectum prius infallibili scientia iudicasset tali vel tali modo illum finem vel effectum comparari posse. Quod adeo verum est ut etiam de his rebus quas Deus per se ipsum efficit, non posset habere voluntatem absolutam illas efficiendi nisi prius in se cognovisset potentiam sufficientem ad illas faciendas.
In hac autem scientia includitur illa conditionata scientia, vel sunt omnino idem. Quid enim est praecognoscere talia media esse talia ut per illa possit infallibiliter obtineri talis finis, nisi cognoscere quod, si talia media ponantur, ille effectus seu finis per illa infallibiliter fiet? Haec autem est scientia conditionata de qua agimus.
Omnes ergo qui ponunt Deum praedestinare homines ad gloriam per absolutum decretum praedefinitivum, ante praescientiam absolutam omnium futurorum meritorum, necesse est ut praescientiam conditionatam supponant eorum actuum liberorum seu mediorum per quae talis gloria comparari potest et infallibiliter comparabitur, si talia media et auxilia ad illum actum efficiendum praebeantur. Idemque cum proportione est si praedestinatio ipsorum mediorum constituatur per absolutam praefinitionem singulorum actuum liberorum ante omnem scientiam visionis, propter eandem rationem.

se sigue que, antes de predefinir estos medios, conoce que han de ser futuros infaliblemente bajo aquella condición: si les da al hombre tal moción o tales auxilios de suyo eficaces.
Por el contrario, los que no admitimos tal modo de eficacia respecto al acto libre (porque ni es necesario ni conservaría la libertad), sino que ponemos la eficacia del auxilio preveniente solo en la vocación congrua, diremos también que Dios preconoce que la eficacia de tal vocación ha de ser infaliblemente futura si se da, y así se da una ciencia condicionada del acto futuro por medio de tal vocación, si se da; ciencia que también afirmamos es necesaria para la predefinición de tal acto, y por tanto para el mencionado modo de predestinación.

8. Otra diferencia. — De aquí puede entenderse fácilmente otra diferencia entre estas opiniones, en cuanto al modo de tal ciencia. Pues los que sienten según el primer modo, en realidad no ponen aquella ciencia acerca de algún efecto contingente como tal en sí mismo, sino acerca del efecto como necesario en alguna causa de la cual necesariamente dimana si se pone la causa, es decir, en aquel auxilio previo de suyo eficaz y que predetermina físicamente. Porque juzgan que, puesto aquel auxilio, sigue necesariamente el acto, así como sigue el término de la acción una vez puesta la acción. De qué manera esto concuerda con la verdadera libertad y con la contingencia de aquel mismo efecto respecto a su causa próxima, se esfuerzan algunos en explicarlo; pero si realmente lo consiguen, no lo tratamos ahora. Ni tampoco si declaran suficientemente cómo aquellos que carecen de tal moción y no la tienen en su poder, libremente carecen del acto que sin tal moción no pueden tener.
En cuanto a aquella ciencia, dan facilísimamente razón de ella, supuesto aquel principio, porque es una ciencia meramente natural y en virtud de una causa que actúa naturalmente y que arrastra consigo a la causa inferior que premueve.
Nosotros, en cambio, creemos que es una ciencia del efecto contingente en cuanto es contingente y verdaderamente libre, y que, por tanto, incluso puestas todas las causas y condiciones prerrequeridas para que

7. Discrimen inter varios modos huius praescientiae. — Est autem notabile discrimen inter sic opinantes circa modum quo Deus movet voluntates hominis ad exequendum actum liberum quem Deus ipse praefinit ut homo illum faciat. Nam quidam aiunt Deum id facere per motionem quamdam quae intrinseca sua virtute habet vim physice praedeterminandi hominis voluntatem ad illum actum: ita ut, posita illa motione, impossibile sit in sensu (ut aiunt) composito voluntatem hominis non elicere actum illum ad quem movetur.

Unde evidenter sequitur Deum, priusquam det illam motionem vel quam statuat illam dare, praescire hanc conditionatam propositionem: *Si ego dedero tali voluntati talem motionem, faciet illum actum*. Et quia omnia media libera praedestinationis facit Deus fieri ab homine efficaciter illum movendo per huiusmodi motionem, sequitur ut priusquam haec media praefiniat, cognoscat illa esse futura infallibiliter sub ea conditione, si ipsi det homini talem motionem vel talia auxilia de se efficacia.

At vero, qui non admittimus talem efficaciae modum circa actum liberum (quia nec necessarius est nec ille conservaret libertatem), sed solum in vocatione congrua efficaciam praevenientis auxilii constituimus: dicemus etiam Deum praecognoscere efficacitatem talis vocationis infallibiliter futuram si detur, atque ita dari scientiam conditionatam de actu futuro per talem vocationem si detur; quam scientiam etiam dicimus esse necessariam ad praefinitionem talis actus, atque adeo ad praedictum praedestinationis modum.

8. Aliud discrimen. — Hinc autem facile intelligi potest discrimen aliud inter has sententias, quoad modum talis scientiae. Nam qui priori modo sentiunt, revera non ponunt illam scientiam de aliquo effectu contingente ut sic in seipso, sed de effectu ut necessario in aliqua causa a qua necessario dimanat, si causa ponatur, id est, in illo auxilio praevio de se efficaci et physice tales efectos sean, puede no realizarse; y que no obstante Dios, con su infinita virtud de entender, preconoce infaliblemente qué será futuro por parte de tal causa, si se pone con tales auxilios o condiciones. En esto ciertamente nos esforzamos un tanto al explicar el modo de tal presciencia; sin embargo, superamos aquella dificultad tanto por la infinitud de la luz divina, como por la verdad de tal objeto considerado en sí, como sobre todo por el ejemplo de la presciencia de los futuros absolutos, que tiene casi la misma dificultad. Superada esa dificultad, comparamos fácilmente la libertad de los actos con la predefinición y la predestinación; y mostramos que aquel modo de presciencia es suficiente y muy apto para tener la mencionada predefinición y predestinación. Así pues, consta suficientemente cómo esta presciencia debe suponerse en ambas opiniones para el modo de predestinación mencionado.

9. Por qué se exige esta ciencia sin predefinición. — Otros, en cambio, no piensan que deba ponerse en Dios una predefinición de algún acto libre en particular y con todas sus circunstancias, ni de algún efecto que dependa intrínsecamente de actos libres. Estos, por consiguiente, niegan que la predestinación se haga por modo de una predefinición singular, ni por un decreto absoluto de dar la gloria que anteceda a los méritos previstos. Y no obstante, estos autores juzgan que, para salvar la verdadera y gratuita predestinación, es necesaria la ciencia condicionada. No ciertamente para que Dios preelija eficazmente a los hombres para la gloria antes de los méritos previstos, ni para que predefina actos libres, sino para que, con ciencia cierta y mera voluntad, por medio de medios ciertos y eficaces, dirija al hombre a la vida eterna, y así tenga lugar una elección voluntaria para tal orden de gracia vocante y de auxilios subsiguientes, en el cual el hombre haya de ser infaliblemente justificado y glorificado.

10. La razón es clara, porque sin esta presciencia Dios no puede querer dar algún auxilio como eficaz, o como que ha de tener infaliblemente el efecto, ya que si Dios no tiene aquella ciencia, no conoce ningún auxilio como

praedeterminante. Quia necessarium putant, illo posito, sequi actum, sicut sequitur terminus actionis, posita actione. Quomodo autem hoc cohaereat cum vera libertate et contingentia illiusmet effectus respectu suae proximae causae, laborant quidam ut explicent: an vero id assequantur, nunc non tractamus.

Neque etiam an satis declarent quomodo hi qui tali motione carent eamque in sua potestate non habent, libere careant actu quem sine tali motione habere non possunt. Quod vero ad illam scientiam attinet, facillime illius rationem reddunt, supposito illo principio, quia est scientia mere naturalis et in virtute causae naturaliter agentis et secum trahentis inferiorem causam quam praemovet.

Nos autem credimus illam esse scientiam de effectu contingente, ut contingens est et vere liber, ideoque etiam positis omnibus causis et conditionibus praeRequisitis ut tales effectus sint, posse non fieri; et nihilominus Deum sua infinita virtute intelligendi praescire infallibiliter quid futurum sit a tali causa, si ponatur cum talibus auxiliis vel conditionibus. In qua quidem re laboramus aliquantulum in explicando modo talis praescientiae: illam tamen difficultatem superamus tum ex infinitate divini luminis, tum ex veritate talis obiecti in se spectati, tum maxime exemplo praescientiae futurorum absolutorum, quae fere eandem habet difficultatem. Ea vero difficultate superata facile libertatem actuum cum praefinitione et praedestinatione comparamus: modumque illum praescientiae sufficientem et aptissimum esse ad dictam praefinitionem et praedestinationem habendam ostendimus. Ita igitur satis constat quomodo haec praescientia in utraque sententia supponenda sit ad praedictum praedestinationis modum.

9. Sine praefinitione cur haec scientia postuletur. — Alii vero non putant esse ponendam in Deo praefinitionem alicuius actus liberi in particulari et cum omnibus circumstantiis eius, nec alicuius

eficaz o infalible antes de que por la ciencia de visión vea su eficiencia (ciencia de visión que supone el decreto de dar tal auxilio). Luego, antes de tal decreto, Dios no conoce ningún auxilio como eficaz, luego tampoco quiere darlo como eficaz, porque *nada es querido que no sea preconocido*.

Por tanto, no hay verdadera predestinación antes de la presciencia actual del buen uso del libre arbitrio por la ciencia de visión. Ni Dios, por parte de su voluntad, tiene mayor benevolencia hacia el predestinado que hacia el réprobo, porque puede suceder que a ambos dé y ofrezca auxilios iguales, y luego prevea que en uno tenga efecto y en el otro no. De donde finalmente resulta que la distinción entre predestinados y réprobos no proviene de una intención directa de Dios, sino solo de la presciencia casi consecuente a la futurición absoluta del efecto. Y de modo semejante se sigue que el número mayor o menor de los que se salvan, y la mayor o menor perfección de cada uno, no está en la predefinición divina, sino solo en la presciencia y en una casi subsiguiente aprobación y aceptación.

Todo esto procuran evitar los mencionados opinantes; y para ello piensan que es necesaria la citada presciencia. En esto, en verdad, hablan consecuentemente; sin embargo, injustamente y no con suficiente consecuencia niegan las predefiniciones de los actos libres y el modo de predestinación según ellas, como dije en el libro tercero de los Auxilios y como veremos en lo que sigue.

11. Absurdo de la sentencia de Catarino. — De ahí que Catarino, que no reconoció esta presciencia condicionada, se equivocó gravemente en el asunto de la predestinación. Puso, en efecto, que algunos se salvan en la predestinación eficaz y en la predefinición divina, y otros sin ella. Y por eso dijo que los primeros son predestinados, mientras que los posteriores se salvan sin predestinación, solo con la providencia común de la gracia. Pues por parte de la voluntad de Dios no creyó que hubiera diferencia entre los que así se salvan y los que son condenados. Porque a unos y a otros da Dios (según él piensa) auxilios prevenientes suficientes y, por voluntad antecedente, ofrece los concomitantes.

effectus qui intrinsece pendet ex actibus liberis. Hi ergo consequenter negant praedestinationem fieri per modum singularis praefinitionis, nec per decretum absolutum dandi gloriam quod merita praevisa antecedat. Et nihilominus hi auctores, ad salvandam veram et gratuitam praedestinationem, scientiam conditionatam necessariam esse censent.

Non quidem ut Deus praeeligat homines efficaciter ad gloriam ante praevisa merita, nec ut praefiniat actus liberos, sed ut ex certa scientia ac mera voluntate per media certa et efficacia dirigat hominem in vitam aeternam, et ita locum habeat voluntaria electio ad talem ordinem gratiae vocantis et subsequentium auxiliorum, in quo homo sit infallibiliter iustificandus et glorificandus.

10. Ratio clara est, quia sine hac praescientia Deus non potest velle dare aliquod auxilium ut efficax, vel ut infallibiliter habiturum effectum, quia si Deus non habet illam scientiam, nullum auxilium cognoscit ut efficax vel infallibile antequam per scientiam visionis videat efficientiam eius, quae scientia visionis supponit decretum dandi tale auxilium. Ergo ante tale decretum nullum auxilium cognoscit Deus ut efficax, ergo nec vult dare ut efficax, quia *nihil volitum quin praecognitum*.

Ergo nulla est vera praedestinatio ante actualem praescientiam boni usus liberi arbitrii per scientiam visionis. Nec Deus ex parte voluntatis suae habet maiorem benevolentiam ad praedestinatum quam ad reprobum, quia contingere potest ut utrique det et offerat aequalia auxilia, et deinde praevideat in uno habere effectum et non in alio. Unde tandem fit ut discretio praedestinatorum a reprobis non sit ex directa intentione Dei, sed solum ex praescientia quasi consequente ad absolutam futuritionem effectus. Et similiter sequitur tantum vel tantum numerum salvandorum et tantam vel tantam singulorum perfectionem non esse in praefinitione divina, sed ex sola praescientia et quasi

Estos auxilios en unos tienen efecto hasta la salvación eterna, porque ellos cooperan; en otros no lo tienen, porque resisten. Ambas cosas son desconocidas para Dios (por así decirlo) en virtud de su voluntad, o en aquel signo en el que respecto a unos y a otros tiene voluntad operativa de salvación, hasta que por la ciencia de visión vea la diferencia y la acepte. Por tanto, allí no interviene (dice) una predestinación propia de aquellos que así se salvan, de modo que implique una benevolencia peculiar de Dios, mayor que hacia los demás que no se salvan, que Dios tenga por sí y antecedentemente (lo cual significa la palabra *predestinación*). De los demás preelectos dice que son verdaderamente predestinados; sin embargo, confiesa que se salvan por una cierta necesidad. Y así, en ese género de necesidad, es preciso que admita la ciencia condicionada, no ciertamente de efectos contingentes como tales, sino de efectos necesarios en una causa que induce la necesidad de tales efectos.

Cómo conjuga esto con la libertad de tales efectos o con el modo de conseguir libremente la felicidad eterna en estos hombres, nunca lo declara suficientemente y a veces parece sucumbir, y respecto a estos predestinados no parece sentir bien acerca de su libertad.

Cuántos absurdos e inconvenientes contiene esta doctrina, es suficientemente claro por sí mismo y constará por lo que sigue. Ahora solo se ha mencionado para que se entienda cuán grande es la necesidad de aquella ciencia para no equivocarse en el asunto de la predestinación.

12. Otro modo de explicar la necesidad de esta ciencia. — Otros, finalmente, sienten acerca de la predestinación de tal modo que confiesan que se realiza por una cierta intención eficaz de Dios, por la cual elige de suyo a los vistos con méritos. Niegan, sin embargo, que la predestinación se haga por una predefinición absoluta de todos los actos libres en particular, en cuanto han de ser medios para obtener la gloria a la que alguien fue elegido. Pues piensan que este género de predefinición destruye la libertad, si se hace con respecto a un auxilio que de suyo predetermina la voluntad humana al acto predefinido; y excluido este

subsequenti approbatione et acceptatione.
Quae omnia vitare student praedicti opinantes; et ad hoc putant necessariam esse praedictam praescientiam. In quo, revera, consequenter loquuntur, immerito tamen et non satis consequenter negant praefinitiones actuum liberorum et modum praedestinationis secundum illas, ut in libro tertio de Auxiliis dixi et in sequentibus videbimus.

11. Absurditas sententiae Catharini. — Unde Catharinus, qui hanc praescientiam conditionatam non agnovit, valde hallucinatus est in negotio praedestinationis. Posuit enim quosdam salvari in praedestinatione efficaci et praefinitione divina, alios vero sine illa. Et ideo priores dixit esse praedestinatos, posteriores vero dixit sine praedestinatione salvari, cum communi providentia gratiae. Nam ex parte voluntatis Dei non credidit esse distantiam inter eos qui sic salvantur et eos qui condemnantur. Quia utrisque dat Deus (ut ille putat) praevenientia auxilia sufficientia et per voluntatem antecedentem offert concomitantia: haec autem auxilia in his habent effectum usque ad aeternam salutem, quia ipsi cooperantur; in aliis non habent, quia resistunt. Utrumque autem est ignotum Deo (ut sic dicam) ex vi voluntatis suae, seu in illo signo in quo circa utrosque habet voluntatem operativam salutis: donec per scientiam visionis videat diversitatem et acceptet illam. Ergo ibi non intervenit (inquit) propria praedestinatio eorum qui sic salvantur, ita ut dicat peculiarem Dei benevolentiam maiorem quam erga alios qui non salvantur, quam Deus ex se et antecedenter habeat (quod sonat vox *praedestinatio*). De aliis vero praelectis dicit vere esse praedestinatos: fatetur tamen eos ex quadam necessitate salvari. Et ita in illo genere necessitatis oportet ut scientiam conditionatam admittat, non quidem effectuum contingentium ut sic, sed necessariorum in causa inducente necessitatem talium effectuum.

modo de predeterminación, piensan que es imposible que Dios tenga presciencia condicionada e infalible de tales actos en particular, y sin ella piensan que es imposible predefinir el efecto. En esto hablan completamente consecuentemente, y reconocen la necesidad de esta presciencia para la verdadera predestinación.

13. Pero si se les pregunta cómo Dios provee eficazmente a sus elegidos los medios para la gloria, de modo que la consigan infaliblemente (porque lo que no tiene en su presciencia, no puede proveerlo), responden que no provee indefinida y determinadamente de tal o cual medio particular, para que por él se salven absolutamente; sino que provee de un medio por voluntad antecedente, para que, si el hombre elegido quiere consentir, por él se salve. Y entonces, si Dios prevé que el libre arbitrio asentirá, ya dice que su voluntad ha de cumplirse infaliblemente. Si en cambio sabe que el libre arbitrio resistirá, entonces provee de otro medio; y si aquel no tiene éxito, provee de otro, y en esto persiste y dura, como auxiliando oportuna e importunamente, hasta que finalmente consiga el efecto. Este modo de hablar suele atribuirse a Santo Tomás, *De Veritate* q. 6, a. 3, donde parece explicar la predestinación de este modo.

14. Sin embargo, aunque se admitiera este modo, sería necesario admitir alguna ciencia condicionada para ese modo de predestinación. Pues lo prueba la razón hecha anteriormente: que nadie intenta eficaz e infaliblemente un fin si no está cierto de los medios con los cuales pueda conseguirlo indefectiblemente. Por tanto, en aquel signo en que Dios tiene tal elección del predestinado, ya se entiende que tiene en su presciencia preparados los medios con los cuales pueda salvar con toda certeza y libremente a aquel a quien elige; luego por tal ciencia preconoce que, si diera tales medios a aquel hombre, él se convertirá, perseverará y se salvará. Tiene, pues, ciencia condicionada.
Pero hay diferencia en el modo, porque según aquella sentencia esta presciencia no es de la infalibilidad de algún medio en particular y distinto, sino solo en común

Quomodo autem hoc coniungat cum libertate talium effectuum seu cum modo comparandi libere felicitatem aeternam in his hominibus, nunquam satis declarat et interdum videtur succumbere, et quoad hos praedestinatos non bene de eorum libertate sentire.

Quae doctrina quot absurda et incommoda contineat, satis per se clarum est et ex sequentibus constabit. Nunc solum commemorata sunt, ut intelligatur quanta sit necessitas illius scientiae ad non hallucinandum in praedestinationis negotio.

12. Modus alius explicandi necessitatem huius scientiae. — Alii denique de praedestinatione ita sentiunt, ut fateantur fieri per quamdam efficacem intentionem Dei, qua ex se elegit visa merita. Negant tamen fieri praedestinationem per absolutam praefinitionem omnium actuum liberorum in particulari, prout futuri sunt media ad obtinendam gloriam ad quam quis fuit electus. Putant enim hoc genus praefinitionis tollere libertatem, si fiat per respectum ad auxilium de se praedeterminans voluntatem humanam ad actum praefinitum; et secluso hoc modo praedeterminationis, putant esse impossibile habere Deum praescientiam conditionatam et infallibilem talium actuum in particulari, et sine illa putant esse impossibile effectum praefiniri. In quo plane consequenter loquuntur, et necessitatem huius praescientiae ad veram praedestinationem agnoscunt.

13. Si autem ab illis quaeratur quomodo Deus efficaciter provideat suis electis media ad gloriam, ut illam infallibiliter consequantur (quia quod non habet in praescientia, providere non potest), respondent non providere illis indefinite et determinate de tali vel tali medio particulari, ut per illud omnino salventur; sed providere de uno medio per voluntatem antecedentem, ut si homo electus consentire voluerit, per illud salvetur. Et tunc, si Deus praevidet liberum arbitrium annuere, iam dicit

y confusamente. Así, según esta opinión, Dios no preconoce: *Si a este y ahora le diere tal auxilio, se convertirá o realizará tal acto*; sabe, sin embargo: *Si a este hombre lo persiguiera con estos auxilios* (por así decirlo), *tarde o temprano consentirá*, y así de los demás. Porque así como en el efecto es necesario al menos que tal elección se lleve a término, así en la presciencia es necesario que la voluntad divina pueda determinarse a tal elección.

15. Censura de la opinión precedente. — De la misma explicación de esta sentencia puede constar fácilmente cuán indigna es de crédito. En primer lugar, atribuir a Dios aquella ciencia confusa por la cual sabe que puede conducir la voluntad humana al fin por Él intentado con este o aquel auxilio, aunque no sepa determinadamente con qué auxilio lo conseguirá, ni por qué acto el hombre ha de salvarse, ¿quién no ve que es algo muy ajeno a la perfección divina?

Además, aquel modo de proveer, como tentando diversos medios para que, si uno no tiene éxito, se aplique otro, es también imperfectísimo y en modo alguno conveniente a Dios. Y además, la certeza de aquella presciencia confusa, que no se funda en un conocimiento distinto e intuición del efecto futuro determinado, apenas puede fundarse suficientemente si ha de ser tan grande que su opuesto implique contradicción, cual es en verdad necesaria para que tenga lugar la predefinición divina. Porque implica contradicción que la voluntad de Dios, que predefine algo absolutamente, no se cumpla; luego no puede apoyarse sino en una presciencia tan cierta que su opuesto implique contradicción.

Pero aquella presciencia, como no está en el mismo efecto y en la verdad de aquel objetivamente presente, es necesario que esté solo en la causa. Ahora bien, la causa no es sino la multitud de auxilios, de los cuales ninguno se pone como de suyo eficaz ni que predetermine físicamente la voluntad; de donde a ninguno de ellos repugna no tener efecto, luego tampoco implica contradicción que de toda la colección no se siga el efecto, en cuanto depende de la fuerza de los auxilios. Por tanto, la ciencia en tal causa no es

suam voluntatem fore infallibiliter implendam. Si autem scit liberum arbitrium resistiturum, tunc providet de alio medio; et si illud non succedit, providet de alio, et in hoc persistit ac durat, quasi opportune et importune auxiliando, donec tandem effectum consequatur. Qui modus dicendi solet attribui D. Thomae, q. 6 *De Veritate*, a. 3, ubi hoc modo videtur praedestinationem explicare.

14. Verumtamen, etiamsi modus hic admitteretur, necessarium esset ad illum praedestinationis modum aliquam scientiam conditionatam admittere. Hoc enim probat ratio supra facta, quod nemo intendit efficaciter et infallibiliter finem nisi certus de mediis quibus illum indefectibiliter consequatur. Ergo in illo signo quo Deus habet talem electionem praedestinati, iam intelligitur habere in sua praescientia parata media quibus possit certissime salvare libere eum quem eligit; ergo per talem scientiam praecognoscit quod, si talia media illi homini dederit, ille convertetur, perseverabit et salvabitur. Habet ergo scientiam conditionatam.

Sed interest modi, quia iuxta illam sententiam haec praescientia non est de infallibilitate alicuius medii in particulari et distincte, sed tantum in communi et confuse. Ita iuxta hanc opinionem non praescit Deus: *Si huic et nunc tale auxilium dedero, iste convertetur vel talem actum efficiet*; scit tamen: *Si hominem hunc his auxiliis prosecutus fuero* (ut sic dicam), *tandem aliquando consentiet*, et sic de aliis. Nam sicut in effectu hoc ad minimum necessarium est ut talis electio ad exitum perducatur, ita in praescientia necessarium est ut voluntas divina possit se ad talem electionem determinare.

15. Censura praecedentis opinionis. — Ex ipsa vero huius sententiae explicatione constare facile potest quam sit credita indigna. Imprimis tribuere Deo illam scientiam confusam, per quam sciat se posse hoc vel illo auxilio voluntatem humanam perducere ad finem a se intentum, quamvis

suficiente para que la voluntad divina predefina absolutamente algo que no ha de obrar sino por tales medios. Así pues, no debe admitirse una presciencia confusa, sino que es necesaria una particular y distinta, para que tengan lugar la divina preelección, predefinición y verdadera predestinación.

16. Por lo cual, nunca he podido persuadirme de que Santo Tomás, en aquella cuestión *De Veritate*, haya hablado en el sentido mencionado, de modo que haya estimado que Dios procede a la ejecución de su intención a la manera de un hombre, ya en el tiempo o en la eterna disposición de su providencia, estableciendo dar un medio sin saber si será eficaz, con el ánimo de que, si aquel no tuviera éxito, añada otro. Esto, en efecto, consta que no puede decirse según la fe en cuanto a la ejecución temporal, porque ya desde la eternidad Dios previó por ciencia de visión y absoluta qué medio habría de ser eficaz o ineficaz. Ni tampoco debe decirse en la eterna disposición de la divina providencia, porque sería también un modo de proveer muy imperfecto, ya que supone un cierto modo de ignorancia y, por consiguiente, atribuye a Dios una providencia ciega respecto a cada medio en particular, porque decreta aplicar tal medio sin saber, en aquel signo, si habrá de ser futuro eficaz o ineficaz; y por tanto pone que Dios procede como tentando en su providencia, incluso en aquella con la que procura los efectos principales y principalmente predefinidos. Y finalmente niega a Dios el poder de predefinir y querer por sí mismo y eficazmente algún acto libre de la voluntad humana en particular y con todas sus circunstancias: cosas todas que parecen absurdas y muy contrarias a San Agustín en el *Enchiridion*, y en los libros *De Praedestinatione Sanctorum* y *De Bono Perseverantiae*, y en otros muchísimos lugares.

17. Se explica a Santo Tomás. — Dios no ignora el defecto del medio ineficaz, sino que aplica el medio ineficaz antes que el eficaz por razón de su suave providencia. — Creo, pues, que Santo Tomás solo quiso declarar cómo, con la predefinición y determinación de un fin que ha de conseguirse

nesciat determinate quo auxilio id sit consecuturus, nec per quem actum homo sit salvandus, quis non videat esse valde alienum a divina perfectione?

Deinde, ille modus providendi, quasi tentando diversa media, ut si unum non succedat, aliud applicetur, est etiam imperfectissimus, Deumque minime decens. Ac praeterea certitudo illius praescientiae confusae, quae non fundatur in distincta cognitione et intuitione futuri effectus determinati, vix potest satis fundari, si debeat esse tanta ut oppositum implicet contradictionem, qualis revera necessaria est ut locum habeat praefinitio divina. Quia implicat contradictionem voluntatem Dei praedefinientem aliquid absolute non impleri; ergo non potest inniti nisi praescientiae ita certae ut oppositum implicet contradictionem.

At vero illa praescientia, cum non sit in ipso effectu et in veritate illius obiective praesente, oportet ut sit tantum in causa. Causa autem non est nisi multitudo auxiliorum, ex quibus nullum ponitur per se efficax nec praedeterminans physice voluntatem; unde nulli illorum non repugnat non habere effectum, ergo nec implicat contradictionem quod ex tota collectione non sequatur, quantum est ex vi auxiliorum. Ergo scientia in tali causa non est sufficiens ut voluntas divina praedefiniat absolute aliquid quod non nisi per talia media est operatura. Ita ergo praescientia confusa admittenda non est, sed necessaria est particularis et distincta, ut divina praelectio, praefinitio ac vera praedestinatio locum habeant.

16. Quamobrem persuadere mihi nunquam potui D. Thomam in illa quaestione *De Veritate* in dicto sensu fuisse locutum, ita ut existimaverit instar hominis ad executionem suae intentionis procedere Deum, vel in tempore vel in aeterna dispositione suae providentiae, statuendo dare unum medium, nesciens an efficax futurum sit, eo animo ut si illud non successerit, apponat aliud. Hoc enim

infaliblemente, puede haber libertad en los medios: porque ciertamente puede permanecer en ellos tal indiferencia que, aunque uno se frustre en su efecto, se aplique otro, y así sucesivamente, hasta que algún medio realice lo que se intenta.

Este modo de providencia, dice, lo guarda Dios con el hombre a quien ordenó infaliblemente para conseguir la gloria: *Tantos (dice) adminículos le prepara, que o no caiga, o si cayere, resucite*. Sin embargo, ni dijo ni insinuó Santo Tomás que Dios, en aquel signo en que dispone acerca de estos medios en su eterna providencia, ignore si tal medio habrá de ser ineficaz, o si el hombre habrá de caer, aunque se le dé; sino que dice que Dios así se comporta para conservar la libertad y por otros fines de su sabiduría. De modo que, aunque lo prevea, no obstante da tal medio y permite la caída en su elegido, porque el mismo Dios previó con qué otro medio aquel mal pueda repararse y ha de ser reparado con efecto.

Provee, pues, Dios un medio en lugar del defecto de otro, no porque hubiera ignorado el futuro defecto incluso antes de decretar dar tal auxilio, sino porque así conviene a la suavidad de su providencia; y así se comporta en conservar la indiferencia y libertad de los medios, que incluso la predestinación a veces otorga un auxilio ineficaz, como si no supiera el futuro evento de tal medio si se aplicara, y para el tiempo oportuno provee un auxilio eficaz que opere el efecto intentado tan infaliblemente como si fuera una causa necesaria.

18. Esta ciencia, según el orden de la razón, es anterior al decreto. — Por tanto, de lo dicho queda suficientemente probada la necesidad de esta ciencia para la propia predestinación y predefinición de Dios. De donde también resulta claro que esta ciencia, según el orden de la razón, es anterior al decreto de predestinación: porque esta prioridad consiste solamente en un cierto orden de necesaria presuposición, del mismo modo en que el intelecto se dice anterior a la voluntad. Que esta presuposición sea necesaria lo prueban todas las cosas que hemos dicho.

19. Se responde a la razón de dudar. — La predestinación no se dice ni incoada ni perfecta en la

constat dici non posse secundum fidem quoad temporalem executionem, quia iam ab aeterno praescivit Deus per scientiam visionis et absolutam quod medium futurum sit efficax vel inefficax. Nec etiam dicendum est in aeterna dispositione divinae providentiae, quia esset etiam valde imperfectus providendi modus, quia supponit quemdam ignorantiae modum et consequenter tribuit Deo caecam providentiam circa singula media, quia decernit tale medium applicare, nesciens pro illo signo quale futurum sit, efficaxne an inefficax; ac proinde ponit Deum quasi tentando procedere in sua providentia, etiam in illa qua praecipuos effectus et principaliter praedefinitos procurat. Ac denique negat Deo potestatem praedefiniendi et volendi ex se et efficaciter actum aliquem liberum humanae voluntatis in particulari et cum omnibus circumstantiis eius: quae omnia absurda videntur et valde contraria Augustino in *Enchiridion*, et in libro *De Praedestinatione Sanctorum*, et *De Bono Perseverantiae*, et in aliis quam plurimis locis.

17. D. Thomas explicatur. — Deus non ignorat defectum medii inefficacis, sed medium inefficax adhibet ante efficax propter suavem providentiam. — Existimo ergo D. Thomam solum voluisse declarare quomodo cum praefinitione et determinatione finis infallibiliter consequendi esse possit libertas in mediis: quia nimirum potest in illis manere talis indifferentia, ut licet unum frustretur effectu, aliud adhibeatur, et sic consequenter, donec medium aliquod efficiat quod intenditur.

Quem modum providentiae, ait, servare Deum cum homine quem ad gloriam consequendam infallibiliter ordinavit: *Tanta (inquit) adminicula ei praeparat, ut vel non cadat, vel si ceciderit, resurgat*. Non tamen dixit nec insinuavit D. Thomas Deum in eo signo in quo de his mediis in sua aeterna providentia disponit ignorare an tale medium futurum sit inefficax, vel an homo casurus sit, etiam si illud detur; sed dicit ita se gerere Deum pro servanda libertate

ciencia antes del decreto. — Esta ciencia no supone decreto alguno sobre el objeto condicionado. — No obsta la razón de dudar puesta en contrario: confesamos, en efecto, que esta ciencia no es la misma predestinación ni le pertenece intrínsecamente, porque esta ciencia, por parte de Dios, es necesaria y a su modo natural, mientras que la predestinación es un acto libre. Por tanto, mientras no se entienda que Dios casi elicita algún decreto libre, no se entiende que la predestinación comience, y mucho menos que se perfeccione.

Digo esto en cuanto a la parte de Dios, porque por parte del objeto aquella ciencia tiene alguna contingencia, en cuanto su objeto podría, hablando absolutamente, no ser futuro; y si no hubiera sido futuro, no existiría en Dios tal ciencia según aquel peculiar respecto. Pero supuesta la verdad del objeto, tal ciencia está necesariamente en Dios. Por eso, como no supone en Dios ningún decreto libre, decimos que por parte de Dios es natural y necesaria, y por tanto que no pertenece intrínsecamente a la predestinación.

No ignoramos que hay algunos que dicen que aquella ciencia supone en Dios algún decreto libre acerca del objeto condicionado; pero supongo que esto es falso, como lo probé en otro lugar y quizá lo diré de nuevo en el discurso de esta obra. Y para la cuestión presente nada importa, porque tal decreto, siendo condicionado por parte del objeto y no poniendo simplemente nada en el ser, no pertenece por sí mismo a la providencia divina; luego mucho menos puede pertenecer a la predestinación, y consiguientemente aquella presciencia condicionada tampoco podría ser predestinación, aunque se fundara en él. De donde también es claro que aquella ciencia no pertenece de ningún modo a los efectos de la predestinación o cuasi efectos, puesto que procede de Dios y no es libre por parte de Él. Queda, pues, que sea de algún modo razón o condición previa a la predestinación.

20. Se resuelve la objeción de algunos. — Esta ciencia no es condición necesaria por parte del hombre, sino de Dios. — Tampoco se sigue de aquí que se dé una causa o razón de la predestinación por parte de los méritos del hombre, como algunos objetan

et propter alios fines sapientiae suae. Ut, licet id praesciat, nihilominus det tale medium et permittat lapsum in suo electo, quia ipsemet Deus praenovit quo alio medio illud malum reparari possit et eum effectu reparandum sit.

Providet ergo Deus medium unum in defectum alterius, non quia ignoraverit futurum defectum etiam priusquam decerneret tale auxilium dare, sed quia ita expedit ad suavitatem providentiae suae; et ita se gerit in mediorum indifferentia et libertate servanda, ut et praedestinatio interdum tribuat auxilium inefficax, ac si nesciret futurum eventum ex tali medio, si illud applicetur, et pro tempore opportuno provideat auxilium efficax, quod tam infallibiliter operetur intentum effectum ac si esset causa necessaria.

18. Haec scientia ordine rationis est prior decreto. — Igitur ex dictis satis probata relinquitur necessitas huius scientiae ad propriam praedestinationem et praefinitionem Dei. Unde etiam fit huiusmodi scientiam, secundum rationis ordinem, esse priorem quam decretum praedestinationis, patet: quia haec prioritas solum consistit in quodam ordine necessariae praesuppositionis, eo modo quo intellectus dicitur prior voluntate. Hanc autem praesuppositionem necessariam esse probant omnia quae diximus.

19. Satisfit rationi dubitandi. — Praedestinatio nec dicitur inchoata nec perfecta in scientia ante decretum. — Scientia haec non supponit decretum de obiecto conditionato. — Nec obstat ratio dubitandi in contrarium posita: fatemur enim hanc scientiam non esse praedestinationem ipsam nec ad illam intrinsece pertinere, quia haec scientia ex parte Dei necessaria est et suo modo naturalis, praedestinatio autem est actus liber. Unde donec intelligatur Deus aliquod decretum liberum quasi elicere, non intelligitur praedestinationem inchoare, nedum perficere.

Dico autem quantum est ex parte Dei, quia ex parte obiecti habet illa

vehementemente. Los cuales no advierten que el mismo argumento puede hacerse contra ellos mismos, que admiten esta presciencia en el auxilio predeterminante. Pues aunque se finja que se da este auxilio, nunca debe proponerse como tal que excluya la verdadera razón de los méritos, como consta por la fe cierta. Luego Dios, antes de predestinar a tal hombre por tales auxilios, preconoce que ese mismo hombre ha de merecer la gloria si se le dan tales auxilios predeterminantes. Y no obstante, de ahí no se sigue que Dios predestine al hombre por causa de tales méritos, sino más bien que lo predestina mediante tales méritos. Por tanto, tampoco en nuestra sentencia se sigue esto, porque para la fuerza de la inferencia poco importa que aquella presciencia esté en la causa o en la misma verdad del evento futuro. No es, pues, aquella ciencia previa a la predestinación como condición necesaria por parte del hombre, sino por parte de Dios: es decir, no es necesaria porque aplique o proponga a la voluntad divina alguna razón por parte del hombre que lo mueva a modo de mérito del hombre para predestinarlo; porque en una cosa que ni existe ni se conoce como futura en algún momento no puede fundarse tal razón motiva. Solo es necesaria, por tanto, para que aquel objeto se proponga a Dios como predefinible, como infaliblemente futuro, y para que pueda tener razón de medio eficaz en la mente de Dios, de modo que bajo aquella razón sea elegido o incluso como fin próximo sea intentado. De donde no se sigue que haya en aquel objeto otra razón que mueva, además de la final, la cual no repugna a la predestinación, como diré más adelante: pues Dios predestina al hombre no porque tenga o haya de tener méritos, sino para que los tenga y sea santo, según aquello: *Nos predestinó para que fuésemos santos*.

21. La necesidad de la ciencia condicionada no es por razón del efecto, sino por razón de la predestinación. — Debe añadirse por último, y es muy digno de consideración, que una cosa es que esta ciencia sea por sí y simplemente necesaria para los efectos que son predestinados, considerados en sí mismos; y otra cosa es que sea necesaria para la predestinación, y consiguientemente para los mismos efectos en cuanto

scientia contingentiam aliquam, quatenus obiectum eius posset absolute loquendo non esse futurum, et si illud non fuisset futurum, non esset in Deo talis scientia secundum illum peculiarem respectum. At supposita veritate obiecti, est necessario in Deo talis scientia. Unde quia nullum supponit in Deo decretum liberum, ideo ex parte Dei naturalem et necessariam esse dicimus, ideoque ad praedestinationem intrinsece non pertinere.

Non ignoramus esse aliquos qui dicunt scientiam illam supponere in Deo aliquod decretum liberum de obiecto conditionato: sed hoc falsum esse suppono, quod alibi probavi et forsan in discursu huius operis iterum dicam. Et ad rem praesentem nihil refert, quia tale decretum, cum conditionatum sit ex parte obiecti et simpliciter nihil ponat in esse, ad providentiam divinam per se non pertinet, ergo multo minus potest ad praedestinationem pertinere, et consequenter nec praescientia illa conditionata posset esse praedestinatio, etiamsi in illo fundaretur. Unde etiam clarum est scientiam illam non pertinere ullo modo ad praedestinationis effectus vel quasi effectus, cum procedat et non sit libera ex parte Dei. Relinquitur ergo ut sit aliquo modo ratio vel conditio praeuia ad praedestinationem.

11. Qui in justitia originali permansissent, omnes electi fuissent ad gloriam ex Dei efficaci voluntate. — Ex quibus a fortiori concluditur idem dicendum esse de statu hominum in justitia originali, nam etiam si ille status durasset, omnes in eo salvandi fuissent praelecti efficaciter ad gloriam ex praefinitione divina. Nam omnes rationes factae multo magis de hominibus in illo statu procedunt: et confirmabuntur amplius ex dicendis, capite undecimo. Unde si status ille perseveraturus fuisset, Deus elegisset homines salvandos secundum praescientiam illi statui accommodatam. Imo et ipsamet perseverantia talis status esset ex aliqua praefinitione divina, quam si Deus habuisset, accommodasset vocationem et gratiam, per quam Adamum praeveniebat, ut esset efficax et congrua secundum suam conditionatam praescientiam: et ipsi Adae ac omnibus aliis hominibus electis praeparasset etiam adjutorium congruum ad perseverandum in gratia usque ad terminum vitae, qui tunc esset praefixus, iuxta conditionem illius status. Nam in illo etiam perseverantia in gratia sine supernaturali Dei adjutorio haberi non posset, ut definit Concilium Arausicanum, cap. 19, et docet Augustinus, lib. *De Correptione et Gratia*, cap. 10. Igitur perseverantia in omni statu, tam hominum quam angelorum, pendet ex sola voluntate divina quoad ordinem intentionis, quamvis in executione in omni etiam statu eorundem hominum et angelorum ab ipsorum etiam arbitrio pendeat, ut in sequentibus dicemus.

12. Respondetur ad argumentum ex Augustino. — Ad argumentum autem positum in principio et sumptum ex doctrina Augustini, quamvis non sit facile declarare quid sibi voluerit Augustinus in illa differentia constituenda, vel in quo posita sit: tamen utcunque illam explicare conati sumus lib. 3 *De Auxiliis*, cap. 15, num. 416. Ex ibi vero dictis intelligi potest difficultatem illius loci non esse propriam huic nostrae sententiae, sed in omni opinione de gratia

efficaci, vel de praescientia Dei conditionata, vel de modo explicandi perseverantiae donum, locum habere. Nam si gratiae efficacitas ponatur in praedeterminatione physica, tam necessaria erit angelis sicut hominibus, ut et dicto loco et paulo antea probavi. Idemque ostensum est cum proportione de vocatione congrua. Nam haec congruitas etiam respectu hominum in natura lapsa non postulat essentialiter maius aliquod auxilium ad unumquemque actum quam per se necessarium sit in ratione principii et actualis influxus seu concursus ad talem actum eliciendum. Licet enim corruptio naturae lapsae augeat difficultatem operandi supernaturales actus, haec tamen difficultas nec in singulis actibus semper intervenit, nec regulariter tanta est ut tollat potestatem simpliciter illam vincendi cum eisdem auxiliis cum quibus in statu integrae naturae fieri possunt. Consistit ergo congruitas, loquendo per se, in hoc quod Deus conferat auxilium praeveniens eo tempore et occasione cum praevidet habiturum effectum, cooperante simul libero arbitrio: at haec congruitas tam in angelis quam in hominibus in natura integra necessaria fuit, tum ad bene operandum, tum etiam ad perseverandum in gratia. Ergo etiam in hac parte est in his omnibus eadem ratio gratuita electionis ad talem vocationem congruam, quatenus talis est, et consequenter etiam ad gloriam.

13. Ratio aliquorum, cur praelectio ponatur in hominibus non in angelis. — Impugnatur. — Solum posset discrimen aliquod constitui iuxta illam sententiam quae nec praedeterminationem physicam nec conditionatam scientiam admittit: et consequenter nec vocationem congruam praecognitam et intentam ut talem eo modo quo a nobis explicata est. Nam qui sic opinantur, nullam habent rationem ponendi in angelis vel hominibus in statu innocentiae praelectionem aliquam, nec differentiam aliquam inter salvandos et damnandos ex parte voluntatis antecedentis et

sino que solo lo acepta consecuentemente después de haber visto que habría de ser tal. Luego de aquel modo podrían salvarse muchos hombres caídos, aunque no fueran preelectos. Por tanto, desde esta parte no puede sostenerse aquella diferencia según aquella sentencia. Y por otra parte, aquel modo de preelección sin cierta y definida presciencia de medios infalibles tiene imperfecciones que recordé más arriba en el capítulo séptimo, porque según aquella sentencia conviene que Dios tienda a lo incierto y como tentando aplique medios hasta que algo suceda, lo cual es indigno de Dios, como decía. Por tanto, de ningún modo puede asignarse razón de diferencia, en cuanto a esta parte, entre ángeles y hombres, o entre hombres en diversos estados de naturaleza caída o íntegra.

14. Se aclara el pensamiento de Agustín, y se asigna la diferencia respecto a la perseverancia entre hombres y ángeles. — Dirás: ¿qué hay entonces respecto a Agustín, o cuál es la diferencia intentada por él? Respondo: en cuanto al negocio de la predestinación o elección no veo ninguna; ni tampoco en cuanto al modo de dar a unos y otros la gracia eficaz preveniente, ya sea para la conversión perfecta a Dios, ya sea para la perseverancia acomodada a cada persona o estado, y esto solo es necesario para que en la preelección a la gloria no deba establecerse diferencia entre ellos.

En el mismo don de la perseverancia, en cambio, parece que Agustín establece una diferencia, la cual puede entenderse de dos maneras. Una es que de hecho a ningún hombre se le dio auxilio para perseverar en estado de inocencia, sino solo para poder perseverar: en cambio, en el estado de naturaleza caída se da a muchos hombres. Pero esta diferencia no puede aplicarse a los ángeles, pues a muchos también de los ángeles se les dio auxilio para perseverar en acto, y no a todos. Otra diferencia, pues, es que el mismo auxilio para perseverar en acto se da por mayores auxilios a los hombres caídos que el que se dio a los ángeles o se daría a los hombres en estado de inocencia. De esta diferencia, si es universalmente verdadera, hablaremos más abajo al tratar del don de la perseverancia: ahora no es necesaria para la presente cuestión.

praedestinationis efficacis Dei ante praescientiam absolutam, sed ex sola tali praescientia.

In hominibus vero lapsis possunt illam admittere propter specialem difficultatem et periculum ortum ex naturae corruptione. Verumtamen et fundamentum illius sententiae mihi probabile non est, praesertim in doctrina Augustini, in qua nunc versamur et explicare intendimus: et praeterea ex parte hominum in natura lapsa non potest differentia illa universaliter subsistere. Cur enim etiam in hoc statu non salvabuntur multi cum solis auxiliis ordinariis gratiae: cum multi (praesertim parvuli) per solum unum actum baptismi salventur, et interdum adulti per unum actum contritionis vel confessionis in fine vitae factum, qui per commune auxilium gratiae haberi potest?

Poterit ergo tale auxilium in multis hominibus lapsis esse efficax et congruum in re ipsa, etiam si supponatur Deus non praecognoscere illam congruitatem per scientiam conditionatam, donec illam efficientiam videat per scientiam visionis: et consequenter dicatur non intendisse Deum antecedenter illud auxilium ut efficax est, sed tantum consequenter acceptare illud postquam vidit tale esse futurum. Ergo illo modo possent salvari multi homines lapsi, etiamsi praelecti non essent. Ergo ex hac parte non potest differentia illa sustineri iuxta illam sententiam. Et aliunde habet ille modus praelectionis sine certa ac definita praescientia mediorum infallibilium imperfectiones quas supra capite septimo commemoravi, quia oportet iuxta illam sententiam Deum in incertum tendere et quasi tentando media applicare donec aliquid succedat, quod est Deo indignum, ut dicebam. Igitur nullo modo potest differentiae ratio, quoad hanc partem inter angelos et homines, vel inter homines in diversis statibus naturae lapsae vel integrae, assignari.

14. Mens Augustini aperitur, et differentia quoad perseverantiam inter homines et angelos assignatur. — Dices: quid ergo ad

CAPÍTULO X

EL DECRETO GRATUITO QUE DIOS TUVO ACERCA DE LA ETERNA FELICIDAD DE MUCHOS ÁNGELES Y HOMBRES FUE DEFINIDO EN CUANTO A LAS PERSONAS, Y GRADOS DE GRACIA Y DE GLORIA.

1. Primera opinión. — La opinión de algunos fue que, aunque Dios con voluntad antecedente, por la cual por sí mismo quiso salvar a los hombres y a los ángeles, definió absolutamente que algunos se salvarían infaliblemente, y quizá también prescribió un número cierto y definido de salvados, de modo que no pudiera ser menor, sin embargo no designó en aquel signo a las personas en particular; y por consiguiente aquella voluntad por su propia fuerza no estuvo determinada a estas personas hasta que por la ciencia fue prevista su libre cooperación con la gracia antecedente. Así lo refiere Santo Tomás, 1 p., q. 23, art. 7.

2. Se rechaza la opinión precedente. — Esta opinión, sin embargo, no puede probarse de ningún modo, y por eso con razón ha sido anticuada y rechazada por todos. En primer lugar, porque Dios en su providencia, y especialmente en sus efectos principales, no predefine de modo confuso y general lo que ha de hacerse, sino de modo enteramente distinto y perfecto. En segundo lugar, porque de lo contrario de ningún hombre o ángel en particular sería verdadero lo que dice Pablo: «No es del que quiere ni del que corre, sino de Dios que tiene misericordia». Ni se podría decir a alguien aquello: «¿Quién te distingue?», porque Dios por fuerza de su voluntad absolutamente no distinguiría a nadie, ni siquiera en el orden de la elección y predestinación, y así esta misericordia no dependería de su sola voluntad: sino que siempre el uso del arbitrio habría de unirse y suponerse como previsto.

Augustinum, vel quae est differentia ab illo intenta? Respondeo, quoad negotium praedestinationis vel electionis nullam video: nec etiam quoad modum dandi utrisque gratiam efficacem praevenientem, sive ad conversionem perfectam in Deum, sive ad perseverantiam unicuique personae vel statui accommodatam, atque hoc solum necessarium est, ut in praelectione ad gloriam non sit inter illos differentia constituenda.

In ipso vero dono perseverantiae videtur ab Augustino differentia constitui, quae duplex intelligi potest. Una est, quod de facto nulli hominum datum est auxilium ad perseverandum in statu innocentiae, sed tantum ad posse perseverare: in statu vero naturae lapsae datur multis hominibus. Hoc autem discrimen non potest ad angelos applicari, nam multis etiam angelorum datum est auxilium ad actu perseverandum, non vero omnibus. Alia ergo differentia est, quod ipsummet auxilium ad actu perseverandum per maiora datur auxilia hominibus lapsis quam datum est angelis vel daretur hominibus in statu innocentiae. De qua differentia an universaliter vera sit, dicemus inferius tractando de dono perseverantiae: nunc necessaria ad praesentem quaestionem non est.

CAPUT X.

DECRETUM GRATUITUM, QUOD DEUS HABUIT DE AETERNA FELICITATE PLURIUM ANGELORUM ET HOMINUM, FUISSE DEFINITUM QUOAD PERSONAS, ET GRADUS GRATIAE, ET GLORIAE.

1. Prima opinio. — Aliquorum opinio fuit, quamvis Deus antecedenti voluntate, qua ex se voluit homines et angelos salvare, absolute definierit ut aliqui infallibiliter salvarentur, et fortasse etiam certum ac definitum numerum salvandorum praescripserit, ita ut minor esse non posset, non tamen in eo signo personas in particulari

Finalmente, si se considera atentamente lo aducido en los caps. 8 y 9, todo procede de la elección de personas en individuo, de las cuales es propia la elección y dilección. Si se consideran también las cosas dichas sobre la presciencia condicionada, constará que versa acerca de las personas y de sus obras en particular: y por consiguiente el decreto de la voluntad que la supone fue definido del mismo modo. Y de este principio se resuelve fácilmente el fundamento de aquella sentencia, como también se tocó en lo anterior, y más ampliamente en el lib. 3 *De Auxiliis*, y también se entenderá por el siguiente punto.

3. Segunda opinión. — Puesta la presciencia condicionada se salva la libertad con la predestinación. — Otros, pues, dijeron que ciertamente aquel decreto fue definido a personas ciertas e individuales, a las cuales Dios determinó salvar y conducir a la bienaventuranza: pero que no por él, como tal, definió Dios para cada una de aquellas personas un término cierto o grado de gracia o de gloria al que cada una haya de llegar, sino que esto después de la presciencia fue como aprobado por una voluntad como de complacencia. Lo cual también parece inventado por temor de quitar la libertad si todo se predefiniera en particular. Pero los que así opinan temieron donde no había temor, y parece que no conocieron la presciencia condicionada certísima e infalible de todos los efectos libres en particular, puesta la cual no hay ninguna dificultad en componer la libertad acerca de todos los medios con el fin predefinido en particular, en cuanto al grado cierto y perfección intensiva, e incluso en cuanto a todas las circunstancias.

4. Conclusión. — Debe decirse, pues, que Dios con aquel decreto gratuito y absoluto no solo quiso indefinidamente la gloria para sus elegidos, sino que también la preparó para cada uno en grado cierto y definido, predeterminando con el mismo acto y modo aquella variedad de mansiones que Cristo dijo que hay

designasse; ac proinde voluntatem illam ex vi sua non fuisse determinatam ad has personas, donec per scientiam praevisa est earum libera cooperatio cum antecedente gratia. Ita refert D. Thomas, 1 p., q. 23, art. 7.

2. Rejicitur praecedens opinio. — Haec vero opinio probari nullo modo potest, ideoque merito est antiquata et ab omnibus rejecta. Primo quidem, quia Deus in sua providentia, et praesertim in primariis effectibus eius, non praefinit confuse et generatim quod faciendum est, sed omnino distincte et perfecte. Deinde, quia alias de nullo homine vel angelo in particulari esset verum quod Paulus ait: «Non est volentis neque currentis, sed Dei miserentis». Nec posset alicui dici illud: «Quis te discernit?», quia Deus ex vi suae voluntatis absolute neminem discerneret, etiam in ordine electionis et praedestinationis, et ita non ex sola voluntate eius haec misericordia dependisset: sed semper usus arbitrii esset conjungendus et ut praevisus supponendus.
Denique si attente expendatur, quae cap. 8 et 9 adducta sunt, omnia procedunt de electione personarum in individuo, quarum est propria electio et dilectio. Si considerentur etiam dicta de conditionata praescientia, constabit circa personas et earum opera in particulari versari: ac proinde voluntatis decretum quod illam supponit, eodem modo fuisse definitum. Et ex hoc principio facile solvitur fundamentum illius sententiae, ut in superioribus etiam tactum est, et latius in lib. 3 *De Auxiliis*, et ex sequenti puncto etiam intelligetur.

3. Secunda opinio. — Posita praescientia conditionata salvatur libertas cum praedestinatione. — Alii ergo dixerunt decretum quidem illud fuisse ad certas et individuas personas definitum, quas Deus salvare statuit et ad beatitudinem perducere: non tamen per illud, ut sic, definisse Deum unicuique illarum personarum certum

en el reino de su Padre. Esto significó Agustín exponiendo estas palabras de Cristo, tract. 68 in Joan., donde pregunta cómo dijo Cristo Señor: «En la casa de mi Padre hay muchas mansiones»; y añadió: «Voy a prepararos lugar». Y responde que las mansiones ya existen en la predestinación y elección, y que se preparan por la gobernación. Así también Bernardo, serm. 23 in Cant.: «No a todos, dice, se da gozar en un solo lugar de la gracia y de la secreta presencia del Esposo, sino como a cada uno le fue preparado por el Padre; pues no nosotros lo elegimos a Él, sino que Él nos eligió a nosotros y nos puso, y donde cada uno esté, allí estará». Lo mismo afirmó San Buenaventura, tom. 2, opuscul., tractat. de septem itineribus aeternitatis, distinct. 4, sect. 2.

5. Se prueba la conclusión. — Este modo de elección no repugna a la libertad. — La razón de esta aserción es la misma que la de las anteriores, pues este modo de elección e intención no repugna a la libertad ni a la gracia o a la justicia, y es conforme a la divina perfección y providencia; luego.
La mayor, en cuanto a la primera parte sobre la libertad, es evidente por la misma razón, porque Dios por esta intención no cambia la voluntad humana impidiendo su modo de obrar, sino que más bien acomoda medios que la muevan suavemente e infaliblemente. Asimismo, o Dios determina físicamente la voluntad, salva la libertad, y así por aquel medio podrá ejecutar aquella intención definida, salva también la libertad; o mueve eficazmente por gracia congrua, supuesta la presciencia condicionada, y así también por esa misma vocación congrua conseguirá infaliblemente el mismo grado de gloria, por muy definido que sea en particular. O si ni la predeterminación física ni la presciencia condicionada agradan, habrá que negar la preelección a la gloria, no solo a un grado definido, sino de cualquier modo. O si se dice que basta la presciencia confusa de los medios, porque si este medio no sucede, se aplicará otro; lo mismo podrá decirse en ambos modos de elección, aunque en realidad ninguno satisfaga. Por tanto, en ningún modo de hablar hay una razón probable de temor de lesionar la libertad por la elección a un grado

terminum seu gradum gratiae vel gloriae, ad quam singulae sint perventurae, sed hoc post praescientiam fuisse quasi approbatum per voluntatem quamdam veluti complacentiae. Quod etiam inventum videtur ex timore tollendi libertatem, si omnia in particulari praefinirentur. Sed sic opinantes timuerunt ubi non erat timor, videnturque non agnovisse praescientiam conditionatam certissimam et infallibilem omnium liberorum effectuum in particulari, qua posita nihil difficultatis est in componenda libertate circa omnia media cum fine praefinito in particulari, quoad certum gradum et perfectionem intensivam, imo et quoad omnes circumstantias.

4. Conclusio. — Dicendum ergo est Deum illo gratuito et absoluto decreto non tantum gloriam indefinite suis electis voluisse, sed illam etiam singulis in gradu certo ac definito praeparasse, eodem actu et modo praedeterminando illam varietatem mansionum quam Christus dixit esse in regno Patris sui. Hoc significavit Augustinus exponens haec verba Christi, tract. 68 in Joan., ubi inquirit quomodo dixerit Christus Dominus: «In domo Patris mei mansiones multae sunt»; et subdiderit: «Vado parare vobis locum». Et respondet mansiones iam esse in praedestinatione et electione, parari autem gubernatione. Sic etiam Bernardus, serm. 23 in Cant.: «Non omnibus, inquit, uno in loco frui datur gratia et secreta sponsi praesentia, sed ut cuique paratum est a Patre; non enim nos ipsum elegimus, sed ipse elegit nos et posuit nos, et ubi unusquisque fuerit, ibi erit». Idem asseruit D. Bonaventura, tom. 2, opuscul., tractat. de septem itineribus aeternitatis, distinct. 4, sect. 2.

5. Probatur conclusio. — Huic modus electionis non repugnat libertati. — Ratio hujus assertionis est eadem quae praecedentium, nam hic modus electionis et intentionis non repugnat libertati nec gratiae aut iustitiae, et est consentaneus divinae perfectioni et providentiae, ergo.

definido de gloria, más que por la elección a la gloria de modo indefinido.

6. Ni repugna a la divina gracia o justicia. — En cuanto a la otra parte sobre la gracia, respecto a los elegidos la cosa es manifiesta: pues a ellos se les hace el máximo beneficio. Respecto a los no elegidos, constará más abajo que no se les niega por eso la gracia suficiente; luego desde ninguno de los dos capítulos repugna esta elección con la divina gracia. Tampoco con la justicia, porque Dios es libre y supremo Señor, y al conferir a uno este beneficio no niega a otro lo debido, luego no hay ninguna injusticia.
Más aún, que pertenece a la perfección de la divina providencia es evidente, primero, porque Dios en sus actos no procede de modo confuso, sino distinto y en particular, pues lo otro parece provenir siempre de un conocimiento imperfecto. Segundo, porque Dios no intenta este bien de los elegidos solo como bien privado de esta o aquella persona, sino como bien común de este reino celestial, y por eso por sí mismo intenta sus diversos grados y sedes: luego todo aquello cae bajo la intención adecuada de Dios. Tercero, la misma variedad de efectos y medios nos muestra que tal fue la intención de Dios. Cuarto, porque, como dije, la misma razón vale para algunos y para todos los elegidos. ¿Quién negará que la Beatísima Virgen fue preelecta al colmo de gloria que tiene? Y lo mismo es a su modo de los apóstoles y otros santos principales. Lo mismo, pues, debe decirse de todos.

7. Esta predeterminación es también del grado de gloria accidental que no supone pecado. — Solo advierto que esto se entiende principalmente de los grados de la bienaventuranza en cuanto a su esencia. Y puede extenderse también a los premios accidentales que no suponen necesariamente pecado. Pero si hay en la gloria algún don accidental que supone necesariamente pecado, aquel no pudo caer bajo esta primera intención, porque necesariamente debe suponerse la permisión y previsión de tal pecado, como declararé más ampliamente más abajo.

Maior, quoad primam partem de libertate patet eadem ratione, quia Deus per hanc intentionem non mutat voluntatem humanam impediendo modum operandi eius, sed potius accommodat media quae suaviter illam moveant et infallibiliter. Item, vel Deus determinat physice voluntatem, salva libertate, et sic per illud medium poterit illam definitam intentionem exequi, salva etiam libertate; vel movet efficaciter per gratiam congruam, supposita conditionata praescientia, et sic etiam per eandem congruam vocationem infallibiliter consequetur eundem gradum gloriae, quantumvis in particulari definitum. Vel si nec physica praedeterminatio nec praescientia conditionata placet, neganda erit praelectio ad gloriam, non solum ad definitum gradum, sed quocumque modo. Vel si dicatur praescientiam confusam mediorum satis esse, quia si hoc medium non succedat, aliud applicabitur; idem dici poterit in utroque modo electionis, quamvis revera in neutro satisfaciat. Ergo in nullo dicendi modo subest probabilis ratio timoris laedendi libertatem per electionem ad definitum gradum gloriae, magis quam per electionem ad gloriam indefinite.

6. Nec repugnat divinae gratiae aut iustitiae. — Quod ad alteram vero partem de gratia, respectu electorum res manifesta est: nam illis fit maximum beneficium. Respectu vero non electorum constabit inferius eis non propterea denegari sufficientem gratiam; ergo ex neutro capite repugnat haec electio cum divina gratia. Neque etiam cum iustitia, quia Deus est liber et supremus Dominus, et conferendo huic beneficium non negat alteri debitum, ergo nulla est iniustitia.

Quin etiam pertinere ad perfectionem divinae providentiae patet primo, quia Deus in suis actibus non procedit confuse, sed distincte et in particulari, nam id aliud videtur semper provenire ex imperfecta cognitione. Secundo, quia Deus non intendit hoc bonum

Objeción. — **Solución.** — Puede alguien objetar que se sigue que el hombre llega a veces en esta vida a un estado de gracia en el que ya no puede crecer, a saber, si alcanza el grado definido. Más aún, se seguiría que está de parte de Dios que el hombre no se haga más santo de lo que de hecho es, porque por mucho que el hombre se esfuerce, nunca podrá exceder el grado que le ha sido prefijado.

Pero estas dificultades son fáciles para quien considera que aquella voluntad de Dios no se cumple sino por su sabia providencia, por la cual dispone de tal modo las acciones y el progreso de la vida de cada uno, que la vida termina cuando se cumple su medida. Y por eso, a la primera inferencia se debe negar absolutamente la consecuencia, porque mientras el hombre vive en esta vida, puede crecer en gracia y la predestinación no lo impide, sino que más bien lo ayuda: que la vida termine al mismo tiempo que el término de la predestinación, esto no repugna con aquel principio.

Y del mismo modo se debe responder a la otra parte: que en la ejecución siempre están preparados para el hombre auxilios con los cuales pueda obrar y crecer cuanto quiera, e incluso rara vez alguno responde adecuadamente a las vocaciones de Dios; y no obstante estas vocaciones y auxilios no se dan igualmente a todos, sino según la medida de la voluntad divina y disposición de cada uno en cuanto a muchos de ellos, aunque no en cuanto a todos, como declararemos más ampliamente más abajo.

CAPÍTULO XI

SI ESTE DECRETO DE DAR LA GLORIA A LOS PREDESTINADOS FUE SU ELECCIÓN O DILECCIÓN, Y CÓMO DIFEREN.

1. Es cierto que este decreto es dilección. — Esta disputa pertenece casi a explicar varias locuciones y sentencias de los autores; sin embargo, en materia tan grave no debe omitirse esto, para que la ambigüedad de las palabras no produzca confusión o cree peligro de error. Los Doctores Escolásticos, pues, tienen por cierto

electorum solum tanquam privatum huius vel illius personae, sed tanquam commune bonum huius regni caelestis, et ideo per se intendit varios gradus et sedes eius: ergo totum illud cadit sub adaequatam intentionem Dei. Tertio, ipsa varietas effectuum et mediorum ostendit nobis huiusmodi fuisse Dei intentionem. Quarto, quia, ut dixi, eadem est ratio de quibusdam et de omnibus electis. Quis autem neget Beatissimam Virginem fuisse praelectam ad cumulum gloriae quem habet? Idemque est suo modo de apostolis et aliis sanctis praecipuis. Idem ergo est de omnibus dicendum.

7. Haec praedefinitio est etiam de gradu gloriae accidentali non supponente peccatum. — Solum adverto hoc praecipue intelligi de gradibus beatitudinis quoad essentiam eius. Et potest etiam extendi ad accidentalia praemia quae peccatum non supponunt necessario. Si autem est in gloria aliquod accidentale donum quod necessario supponit peccatum, illud non potuit cadere sub hanc primam intentionem, quia necessario debet supponi permissio et provisio talis peccati, ut infra latius declarabo.

Objectio. — **Solutio.** — Potest vero quis objicere quia sequitur pervenire hominem aliquando in hac vita ad eum statum gratiae in quo iam non possit crescere, nimirum si ad definitum gradum attingat. Imo etiam sequi per Deum stare quominus homo sanctior fiat quam sit de facto, quia quantumvis homo conetur, nunquam poterit excedere gradum sibi praefinitum.

Sed haec facilia sunt consideranti voluntatem illam Dei non impleri nisi per sapientem providentiam eius, per quam ita disponit uniuscuiusque actiones et vitae progressum, ut tunc vita finiatur quando impletur mensura eius. Et ideo ad primam illationem absolute est neganda sequela, quia quamdiu homo in hac vita vivit, potest crescere in gratia et praedestinatio non impedit hoc, imo iuvat: quod autem vita finiatur simul cum

que aquel decreto es dilección de Dios y muy grande, como consta por Santo Tomás, art. 4, q. 23, y por todos los que escriben allí, y en 1, dist. 40 y 41. Ni nadie puede dudar en esto, porque amar a alguien es quererle un bien; pero por este decreto Dios quiere al predestinado el máximo bien, a saber, la gloria eterna: luego lo ama; luego aquel acto es verdadera dilección.

2. Razones de duda. — Más aún, dudan los teólogos si esta dilección del predestinado es mayor que aquella con la que Dios ama al réprobo en el tiempo en que es justo, como se ve en Santo Tomás, 1 p., q. 20, art. 4, ad 5, y en Alejandro de Hales, 1 p., q. 32, Memb. 2. Y en suma responden que simple y absolutamente se ama más al predestinado en razón de esta voluntad o decreto gratuito de dar la gloria, porque simple y absolutamente Dios le quiere un bien mayor, a saber, la vida eterna; sin embargo, según quid o para aquel tiempo en que el réprobo es justo y el predestinado está en pecado, se ama más al réprobo, porque entonces está acepto para la gloria a la que, según la justicia presente de aquel tiempo, no está acepto el predestinado pecador.

3. Pero en contra, pues por este acto de dilección es amado el predestinado incluso para aquel tiempo en que no es justo, luego ya para aquel tiempo es más amado simple y absolutamente. Es evidente la consecuencia, porque aquella dilección en sí es simple y absolutamente mayor, luego para todo tiempo por el que denomina al hombre amado, también lo denomina más amado. Se responde según la mente de Santo Tomás arriba que el amor de Dios es causa de la bondad de la cosa amada, y por eso para cualquier tiempo ama más Dios a aquella persona a la que para el mismo tiempo confiere un bien mayor. Pero en aquel tiempo en que el predestinado no es justo y el réprobo es justo, Dios confiere un bien mayor al réprobo que al predestinado, porque confiere al presciito la gracia que no confiere al predestinado, y por eso para aquel tiempo simple y absolutamente ama más al presciito, a quien entonces hace mejor.

termino praedestinationis, hoc non repugnat cum illo principio.

Et eodem modo respondendum est ad alteram partem: in executione semper esse parata homini auxilia quibus possit operari et crescere quantum voluerit, imo raro aliquem adaequate respondere vocationibus Dei; et nihilominus has vocationes et auxilia non aequaliter omnibus dari, sed iuxta mensuram divinae voluntatis et dispositionis uniuscuiusque quoad plura eorum, licet non quoad omnia, ut infra latius declarabimus.

CAPUT XI.

AN HOC DECRETUM DANDI GLORIAM PRAEDESTINATIS FUERIT EORUM ELECTIO VEL DILECTIO, ET QUOMODO HAEC DIFFERANT.

1. Certum est hoc decretum esse dilectionem. — Disputatio haec fere pertinet ad explicandas varias locutiones et sententias auctorum, tamen in materia tam gravi neque hoc praetermittendum est, ne ambiguitas verborum vel confusionem pariat vel periculum errandi creet. Scholastici ergo Doctores pro certo habent decretum illud esse dilectionem Dei et valde magnam, ut constat ex D. Thoma dict. art. 4, q. 23, et omnibus ibi scribentibus, et in 1, dist. 40 et 41. Neque in eo dubitare quispiam potest, quia diligere aliquem est velle illi bonum; sed per hoc decretum vult Deus praedestinato maximum bonum, nempe gloriam aeternam: ergo illum diligit; est ergo actus ille vera dilectio.

2. Rationes dubitandi. — Quin potius dubitant theologi an haec dilectio praedestinati sit maior quam illa qua Deus diligit reprobum eo tempore quo iustus est, ut videre est apud D. Thomam, 1 p., q. 20, art. 4, ad 5, et Alensem, 1 p., q. 32, Memb. 2. Et in summa respondent simpliciter et absolute plus amari praedestinatum ratione huius voluntatis seu decreti gratuiti dandi gloriam, quia simpliciter Deus vult

4. Pero aún insisto. Pues o de aquí se sigue que Dios para aquel tiempo no ama al predestinado, o la dificultad no se resuelve. Es evidente, porque si para aquel tiempo lo ama, luego también para aquel tiempo lo ama más. Se prueba la consecuencia, porque por amor mayor para el mismo tiempo ama. Asimismo porque en aquel mismo tiempo ama a un bien mayor. Que si esto no basta para amarlo más, porque entonces no le confiere aquel bien mayor, luego no bastará para que lo ame absolutamente (dilección sobrenatural, de la que se trata), porque en virtud de aquella voluntad no le confiere ningún bien sobrenatural, como supongo. Que si finalmente esto se concede, se sigue que aquel decreto no es verdadera dilección de Dios, contra la hipótesis hecha. Es evidente la consecuencia, porque por aquel decreto formalmente considerado o Dios nunca ama al hombre, o siempre y continuamente lo ama, porque por parte de Dios aquel acto siempre permanece inmutable y la mutación que se hace en el hombre para diversos tiempos no proviene de aquel acto formalmente considerado, cuyo signo es que aquel hombre en todo tiempo y estado, tanto de pecado como de gracia, siempre permanece predestinado o preordenado en virtud de aquel acto a la vida eterna; luego si esto basta para la dilección, siempre lo denomina amado, o si no basta, nunca lo denomina. Parece además concluirse de lo dicho que no basta, porque Dios no ama sino al bien y porque su voluntad no presupone el bien, por eso no ama sino haciendo el bien: pero por aquel acto, como tal, Dios no hace bueno al hombre, luego por aquel acto no ama al hombre. Se prueba la menor, porque permaneciendo aquel acto y su denominación formal, permanece que el hombre no es bueno: luego por aquel acto Dios no hace bueno al hombre.

5. **Conclusión. — Distinción de la doble dilección hacia los hombres.** — No obstante, hay que decir que aquel acto es verdadera dilección de Dios hacia el hombre, según es la sentencia común, que ya ha quedado suficientemente probada. Podemos, sin embargo, distinguir un doble amor de Dios. Uno, por el cual solamente ordena al hombre hacia algún bien; otro, por el cual le confiere tal bien. Así como entre los

ei maius bonum, scilicet vitam aeternam; tamen secundum quid seu pro illo tempore quo praescitus est iustus et praedestinatus est in peccato, plus amari reprobum, quia pro tunc est acceptus ad gloriam ad quam, secundum praesentem illius temporis iustitiam, non est acceptus praedestinatus peccator.

3. Sed contra, nam per hunc actum dilectionis diligitur praedestinatus etiam pro eo tempore in quo non est iustus, ergo iam pro eo tempore plus diligitur simpliciter et absolute. Patet consequentia, quia illa dilectio in se est simpliciter maior, ergo pro omni tempore pro quo denominat hominem dilectum, denominat etiam magis dilectum. Respondetur ex mente D. Thomae supra amorem Dei esse causam bonitatis rei amatae, et ideo pro quocumque tempore plus diligere Deum illam personam cui pro eodem tempore maius bonum confert. At eo tempore quo praedestinatus non est iustus et reprobus est iustus, maius bonum confert Deus reprobo quam praedestinato, quia confert praescito gratiam quam non confert praedestinato, et ideo pro eo tempore simpliciter plus amat praescitum, quem pro tunc facit meliorem.

4. Sed adhuc urgeo. Nam vel hinc sequitur Deum pro illo tempore non diligere praedestinatum, vel difficultas non expeditur. Patet, quia si pro illo tempore diligit, ergo etiam pro illo tempore plus diligit. Probatur consequentia, quia per amorem maiorem pro eodem tempore diligit. Item quia in illomet tempore ad maius bonum diligit. Quod si hoc non satis est ut magis eum diligat, quia pro tunc non confert illi maius illud bonum, ergo non sufficiet ut absolute diligat (dilectione utique supernaturali, de qua est sermo), quia ex vi illius voluntatis nullum bonum supernaturale ei confert, ut suppono. Quod si tandem hoc concedatur, sequitur illud decretum non esse veram dilectionem Dei, contra hypothesim factam. Patet sequela, quia per illud decretum formaliter spectatum vel nunquam Deus diligit

hombres, la intención de dar a alguien algún bien es ya una cierta dilección, aunque no mueva inmediatamente la facultad a conferir aquel bien. Y en el mismo Dios, no solo es signo del amor presente la colación de algún don, sino también la promesa del bien que se ha de conferir. Como cuando Dios prometió a Abraham la futura generación de Cristo de él mismo, con ello mismo mostró un amor especial presente hacia él, aunque todavía no le concediera aquel bien. Existe pues en Dios un verdadero amor que preordena al hombre hacia algún bien, distinto según la razón de aquel amor que consiste en la colación actual de tal bien; y el primero puede llamarse amor de propósito e intención, y el posterior, de ejecución. Por lo cual, cuando se dice que Dios no ama a aquel a quien no hace bueno, entendido de modo universal, es simplemente falso: pues a aquel a quien decretó hacer bueno durante algún tiempo, y después por toda la eternidad, lo ama también durante aquel tiempo en que no lo hace bueno, porque incluso entonces lo ordena hacia tal bien: lo ama pues entonces con amor ordenativo, no con amor colativo de tal bien en ese momento. Es por tanto aquel propósito, o decreto de salvar a alguien, verdadera dilección de Dios.

6. **Dificultad acerca del acto de elección según Santo Tomás.** — Sobre el acto de la elección existe alguna dificultad, a causa de Santo Tomás, quien, en el art. 3, q. 23, distingue entre dilección y elección, y dice que la dilección precede en Dios antes de la elección, aunque en el hombre a veces sucede que primero elige antes de amar. Como cuando alguien elige a una persona para contraer amistad con ella. La razón de esto es que, para que uno sea elegido antes que otro, se supone que es bueno, e incluso mejor que el otro, porque la elección supone alguna desigualdad y exceso en la cosa que se elige. Si por tanto este es elegido y no el otro, se supone que este es bueno y el otro no. Pero respecto de la voluntad divina, el bien no se supone para la dilección, sino que más bien procede de ella: luego es necesario que la dilección preceda a la elección. Explicando esta doctrina, Cayetano añade que también en la voluntad humana la elección supone alguna dilección, al menos

hominem, vel semper ac continuo diligit, quia ex parte Dei ille actus semper manet immutatus et mutatio quae fit in homine pro diversis temporibus non provenit ab illo actu formaliter spectato, cuius signum est quia ille homo in omni tempore et statu tam peccati quam gratiae semper manet praedestinatus seu praeordinatus ex vi illius actus ad vitam aeternam; ergo si hoc satis est ad dilectionem, semper denominat dilectum, vel si non est satis, nunquam denominat. Videtur autem ulterius ex dictis concludi non esse satis, quia Deus non amat nisi bonum et quia eius voluntas non praesupponit bonum, ideo non amat nisi faciendo bonum: at per illum actum, ut sic, Deus non facit hominem bonum, ergo per illum actum non diligit hominem. Probatur minor, quia stante illo actu et formali denominatione eius stat hominem non esse bonum: ergo per illum actum Deus non facit hominem bonum.

5. **Conclusio. — Distinctio duplicis dilectionis erga homines. —** Nihilominus dicendum est, actum illum esse veram dilectionem Dei erga hominem, ut est communis sententia, quae jam satis probata est. Possumus autem distinguere duplicem Dei amorem. Unum, quo tantum ordinat hominem ad aliquod bonum; aliud, quo confert illi tale bonum. Ut inter homines propositum dandi alicui bonum aliquod, dilectio quaedam est, etiamsi non statim moveat facultatem ad bonum illud conferendum. Et in Deo ipso non solum est signum praesentis amoris collatio alicujus doni, sed etiam promissio boni conferendi. Sicut quando Deus promisit Abrahae futuram ex ipso Christi generationem, eo ipso ostendit praesentem amorem specialem erga ipsum, licet nondum bonum illud ei praestaret. Est ergo in Deo verus amor praeordinans hominem ad aliquod bonum, secundum rationem distinctus ab eo amore, qui consistit in actuali collatione talis boni, et prior dici potest amor propositi et intentionis, posterior vero executionis. Unde cum dicitur,

de aquellas propiedades o virtudes por las cuales algo es elegido, como en el ejemplo puesto, cuando alguien elige a otro como amigo, siempre es por alguna condición que le agrada y que conoce en él.

7. **Dios ama y elige a los predestinados con un solo acto. — Doble acepción de la elección.** — No obstante, opino que es un solo acto de la voluntad por el cual Dios ama y elige a los predestinados al mismo término de la gloria, y que con esas palabras solamente se connotan diversas relaciones. Para explicarlo, advierto que la elección se dice de dos modos: uno, de uno antes que otro, que parece ser la primera imposición de la voz; y otro, de uno por otro, tal como los filósofos morales llaman elección a la voluntad del medio por el fin, aunque suceda que ese medio sea único. De ambos modos puede llamarse elección esta dilección de los predestinados. Lo primero se prueba porque, de entre infinitos hombres a los que Dios podría amar para la bienaventuranza, amó a estos y no a otros: luego amando a estos, los prefirió a los demás, luego con el mismo acto de dilección intrínsecamente los eligió. Se dice amar en cuanto les quiere el bien; y elegir en cuanto los prefiere a los demás, lo cual no hace mediante otro acto, sino mediante el mismo. Y se confirma con el ejemplo de la elección humana. Pues después de que por la consulta se han propuesto varios medios aptos para el fin, por el mismo hecho de que la voluntad acepta uno y no los otros, ama y elige tal medio. Ni es necesario para la elección que por una voluntad positiva y casi directa se rechace el medio que no se elige, sino que basta con que en el acto ejercido esta voluntad acepte uno y no otro: así pues ocurre en el caso presente. De donde, según la locución común de la Escritura, esta dilección de los predestinados se llama elección: *Nos eligió en él*, Efesios 1.

8. Lo segundo también resulta claro fácilmente por lo dicho antes, porque aunque Dios quiere la gloria para los predestinados como fin de ellos, sin embargo quiso esto mismo como medio para manifestar sus atributos y comunicar su bondad. Por lo cual su bondad fue la razón primaria de amar a los elegidos: luego tal dilección es

Deum non amare eum, quem non facit bonum, universe intellectum, simpliciter falsum est: nam illum, quem decrevit facere bonum pro aliquo tempore, ac deinceps pro tota aeternitate, amat etiam pro illo tempore quo illum non facit bonum, quia etiam tunc ordinat illum ad tale bonum: amat ergo pro tunc amore ordinativo, non collativo talis boni pro tunc. Est ergo propositum illud, seu decretum salvandi aliquem, vera dilectio Dei.

6. **Difficultas de actu electionis ex D. Thoma.** — De actu vero electionis nonnulla difficultas est, propter D. Thomam, qui, art. 3, q. 23, distinguit inter dilectionem et electionem, et dilectionem dicit praecedere in Deo ante electionem, quamvis in homine aliquando contingat prius eligere, quam diligat. Ut cum quispiam eligit aliquem, ut cum eo contrahat amicitiam. Ratio ejus est, quia, ut unum prae alio eligatur, supponitur esse bonum, imo melius alio, quia electio supponit aliquam inaequalitatem et excessum in re, quae eligitur. Si ergo hic eligitur et non alius, supponitur hic bonus et non alius. At respectu divinae voluntatis bonum non supponitur ad dilectionem, sed potius ab illa procedit: ergo necesse est, ut dilectio praecedat electionem. Quam doctrinam explicans Cajetanus addit, etiam in voluntate humana electionem supponere aliquam dilectionem, saltem earum proprietatum, seu virtutum, propter quas aliquid eligitur, ut in exemplo posito, quando quis eligit alium in amicum, semper est propter aliquam conditionem sibi gratam, quam in illo cognoscit.

7. **Deus unico actu diligit et eligit praedestinatos. — Duplex acceptio electionis.** — Nihilominus censeo, unicum esse voluntatis actum, quo Deus diligit et eligit praedestinatos ad eumdem terminum gloriae, et per eas voces solum connotari diversas habitudines. Quod ut declarem, adverto, electionem dupliciter dici, scilicet unius prae alio, quae videtur esse prima vocis impositio, et unius propter aliud, quomodo philosophi

intrínsecamente por el mismo Dios: luego es elección también en la otra acepción.

9. **Respuesta a Santo Tomás**. — Por lo cual respondo a Santo Tomás que nunca digo que estos sean varios actos, aunque hable de ellos como de varios para explicar las diversas relaciones. Entre las cuales, la primera es al objeto, en cuanto la voluntad de Dios quiere allí el bien; y luego resulta otra, que es de prelación respecto de los demás: pues bajo esa razón habla Santo Tomás de la elección. Tampoco considero necesario que la elección suponga desigualdad, especialmente en el orden de la consulta y de la intención: porque de entre medios iguales puede la voluntad aceptar uno y omitir los otros. Lo cual es especialmente necesario en la voluntad divina, como también reconoce Santo Tomás en el art. 5. Finalmente, también en nosotros considero que no hay ninguna elección que no sea intrínsecamente alguna dilección. La razón es clara, porque por la elección se dirige la voluntad hacia la cosa que elige como buena y se une a ella: luego la ama mediante el mismo acto. Como en el ejemplo puesto: cuando alguien elige a una persona para tenerla como amigo familiar, por la misma elección comienza a amarla, aunque ordene aquella dilección a otra amistad mayor y más familiar. Y también, por el contrario, la dilección, si es de uno entre muchos, siempre es elección; solo podrá carecer de esta denominación cuando se haya propuesto un solo objeto para ser amado por sí mismo.

CAPITULO XII

LA ELECCIÓN DE TODOS LOS QUE HAN DE SALVARSE SE HIZO EN EL MISMO SIGNO DE RAZÓN.

1. **Primera razón de dudar.** — En este capítulo no se trata de Cristo Señor, sino de los demás predestinados, tanto ángeles como hombres. De donde la primera razón de dudar es que los ángeles santos parecen haber sido elegidos para la gloria antes que los hombres. Se

morales voluntatem medii propter finem vocant electionem, etiamsi contingat illud medium unicum esse. Utroque autem modo potest haec dilectio praedestinatorum electio vocari. Primum probatur, quia ex infinitis hominibus, quos potuisset Deus ad beatitudinem diligere, hos dilexit et non alios: ergo diligendo hos, eos praetulit aliis, ergo ipso actu dilectionis intrinsece elegit illos. Dicitur autem diligere, quatenus eis bonum vult: eligere vero, quatenus eos praefert aliis, quod non facit per alium actum, sed per eumdem. Et confirmatur exemplo humanae electionis. Postquam enim per consultationem plura media apta ad finem proposita sunt, hoc ipso quod voluntas unum acceptat et non alia, diligit et eligit tale medium. Neque ad electionem necessarium est, ut per voluntatem positivam et quasi directam rejiciatur medium quod non eligitur, sed satis est, quod in actu exercito haec voluntas acceptet unum et non aliud: ita ergo est in praesenti. Unde juxta communem locutionem Scripturae, haec dilectio praedestinatorum electio vocatur: *Elegit nos in ipso*, ad Ephes. 1.

8. Secundum etiam facile patet ex supra dictis, quia licet Deus velit gloriam praedestinatis, ut finem ipsorum, tamen hoc ipsum voluit tanquam medium ad manifestanda sua attributa, suamque bonitatem communicandam. Unde ipsius bonitas fuit primaria ratio diligendi electos: ergo talis dilectio intrinsece est propter ipsummet Deum: ergo est electio in altera etiam acceptione.

9. **Respondetur ad D. Thomam. —** Quare ad D. Thomam respondeo, nunquam dicere hos esse plures actus, quamvis de illis, ut de pluribus loquatur ad explicandas varias relationes. Inter quas prima est ad objectum, in quantum voluntas Dei vult ibi bonum; deinde vero resultat altera, quae est praeelationis ad alios: nam sub ea ratione D. Thomas de electione loquitur. Nec vero censeo necessarium, ut electio supponat inaequalitatem, praesertim in ordine consultationis et intentionis: nam ex mediis aequalibus potest voluntas unum

prueba: porque los buenos ángeles fueron elegidos antes de que se previera que los malos pecarían; pero los hombres no fueron elegidos hasta que se previó el pecado de los malos ángeles: luego.

La mayor es cierta, porque antes de la presciencia del pecado de los ángeles precedió su permisión; y antes de la permisión, la voluntad de crearlos y ordenarlos (a los malos ángeles, se entiende) a la gloria con voluntad antecedente. Pero la elección de los buenos se hizo simultáneamente con la ordenación de los malos a la gloria; luego, sin duda, precedió a la permisión y a la presciencia del pecado angélico.

La menor se prueba porque los hombres fueron elegidos para reparar las sedes de los ángeles, como algunos deducen de aquel texto de Pablo (Efesios 1): *Instaurar todas las cosas en Cristo, las que están en los cielos y las que están en la tierra*. Y también suele acomodarse aquel versículo del Salmo 109: *Juzgará entre las naciones, llenará las ruinas*. De aquí tomó San Bernardo (Sermón 1 del Adviento) la razón por la cual los hombres fueron redimidos y no los ángeles: porque las ruinas de los ángeles fueron reparadas por los hombres, mientras que la caída de la naturaleza humana no podía ser reparada en alguna naturaleza inferior. La misma razón tiene Anselmo (lib. 4 del *Cur Deus homo*, caps. 16 y 17). Y finalmente Agustín, en el *Enchiridion*, cap. 29, dice: *Los hijos de la Iglesia suceden en las sedes de los ángeles, para que gocen de la paz que aquellos perdieron*. Luego la elección de los hombres supone la presciencia de la caída angélica.

2. **Segunda razón.** — La segunda razón de dudar es que tampoco los mismos hombres parecen haber sido elegidos simultáneamente y en el mismo signo de razón. Porque Adán fue elegido antes de la presciencia del pecado original.

En la mayor supongo que Adán fue elegido, porque se salvó (Sabiduría 10), y ya dije que todos los que se salvan son también elegidos. Antes del pecado, Adán también tuvo varios efectos de su elección: pues la gracia y la justicia que recibió en su creación fue efecto de su elección, como ahora supongo y puede fácilmente

accipere et alia omittere. Quod maxime in voluntate divina necessarium est, ut etiam D. Thomas, art. 5, fatetur. Denique etiam in nobis nullam electionem esse censeo, quae non sit intrinsece aliqua dilectio. Ratio est clara, quia per electionem fertur voluntas in rem, quam eligit tanquam bonam et illi unitur: ergo diligit illam per eumdem actum. Ut, in exemplo posito, quando quis eligit aliquem, ut illum habeat familiarem amicum, per ipsammet electionem incipit diligere, quamvis illam dilectionem ad aliam majorem et magis familiarem amicitiam ordinet. Atque etiam e contrario, dilectio, si sit unius ex multis, semper est electio, solum carere poterit hac denominatione, quando unum tantum objectum propter se amandum propositum fuerit.

CAPUT XII.

ELECTIO OMNIUM SALVANDORUM IN EODEM SIGNO RATIONIS FACTA FUISSE.

pertenecen algunos efectos de la singular providencia de Dios acerca de sus elegidos, como son quitar alguna ocasión de pecar, o ofrecer alguna de merecer bien, etc. Y de todo este orden de medios no hay dificultad alguna en que Dios haya podido prepararlos con su voluntad gratuita y eficaz; de qué modo, sin embargo, y en qué orden lo haya hecho, se verá por lo que se dirá. Existe, pues, otro orden de medios particulares que incluyen la libre cooperación de la voluntad, como son los actos humanos sobrenaturales, bajo los cuales comprendo todos los efectos que dependen de ellos, como es la remisión del pecado en el adulto y otros semejantes. Y acerca de estos existe una gran controversia entre los teólogos sobre de qué modo son preparados por la predestinación.

4. Primera opinión. — Fundamento de esta sentencia. — La primera sentencia es que, por virtud de la voluntad divina que dispone los medios antes de la presciencia de ellos como absolutamente futuros, solo se preparan estos medios de una manera confusa y con sola voluntad ineficaz, sin predefinición de tales actos en particular. Esta sentencia parece haberla indicado Santo Tomás, *De Veritate*, q. 6, art. 3. Dice en efecto que la certeza de la predestinación consiste en esto: en que Dios prepara al predestinado tantos auxilios que o no caiga, o si cayere, resucite. Por tanto, Dios no predefine un medio cierto, sino uno u otro, para que finalmente alguno tenga efecto. El motivo principal de esta sentencia parece ser que de este modo se pueda conciliar la libertad con la predestinación. Y puede confirmarse esto por la experiencia, porque no toda vocación o gracia preveniente dada al predestinado tiene efecto en él; luego no procede de una intención eficaz de su conversión o consentimiento.

5. Se rechaza la primera opinión. — Esta sentencia, sin embargo, ya fue rechazada anteriormente. Porque en primer lugar parece proceder eliminando la ciencia condicionada, por la cual Dios, antes de la voluntad de dar la vocación, conoció si aquella habría de ser congrua o no, es decir, si la voluntad del hombre le consentiría en caso de dársele. Pues si se supone esta ciencia, como

cooperatione. — Rursus circa media particularia advertendum est duos esse ordines illorum: Quaedam fiunt a solo Deo sine cooperatione liberi arbitrii, ut sunt prima vocatio et alia auxilia praevenientia, quae Deus hominibus confert absque ullo merito vel dispositione illorum. Et ad hunc ordinem pertinent quidam effectus singularis providentiae Dei circa suos electos, ut sunt auferre aliquam occasionem peccandi, vel offerre aliquam bene merendi, etc. Et de toto hoc ordine mediorum nulla est difficultas quin potuerit Deus illa praeparare sua gratuita voluntate efficaci; quo modo autem et quo ordine id praestiterit, patebit ex dicendis. Alius est igitur ordo particularium mediorum, qui includunt liberam cooperationem voluntatis, ut sunt actus humani supernaturales, sub quibus comprehendo omnes effectus qui ab illis pendent, ut est remissio peccati in adulto et similia. Et de his est magna controversia inter theologos, quo modo per praedestinationem praeparentur.

4. Prima opinio. — Fundamentum hujus sententiae. — Prima sententia est, ex vi divinae voluntatis disponentis media ante praescientiam eorum ut absolute futura, solum praeparari haec media confusa quadam ratione et sola voluntate inefficaci, absque praefinitione talium actuum in particulari. Quam sententiam indicasse videtur D. Thomas, q. 6 *De Veritate*, art. 3. Dicit enim certitudinem praedestinationis in hoc consistere, quod Deus tot praeparat adminicula praedestinato, ut vel non cadat, vel si ceciderit, resurgat: non ergo praefinit Deus certum medium, sed unum vel aliud, ut tandem aliquod habeat effectum. Hujus autem sententiae potissimum motivum esse videtur, ut hoc modo possit conciliari libertas cum praedestinatione. Potestque hoc experientia confirmari, quia non omnis vocatio aut gratia praeveniens data praedestinato habet in illo effectum: ergo non procedit ex intentione efficaci conversionis seu consensus ejus.

debe suponerse, en vano se atribuye a Dios ese modo de proveer los medios de manera confusa y bajo aquella distinción de que, si uno no tuviera efecto, se aplique otro. Pues no obra así sino quien ignora la eficacia del primer medio. Por lo cual también (como dije antes) este modo de providencia no es conforme a la perfección divina, a la cual corresponde que con ciencia cierta, distinta y en particular disponga todas las cosas según la dignidad y capacidad de cada una.

6. Se responde al fundamento de la opinión. — Tampoco es esto necesario para la libertad, como se dirá ampliamente en lo que sigue y se ha tocado en lo anterior, donde también expusimos el lugar citado de Santo Tomás. Y abiertamente sintió lo mismo Santo Tomás en 1-2, q. 112, art. 4, diciendo: *es intención de Dios que el hombre llamado consienta infaliblemente, aunque libremente*. Finalmente, en el asunto de los Ángeles consta abiertamente que no tiene lugar aquel modo de providencia: pues en el segundo instante, en el que se terminó la vía de todos los Ángeles, fue preparada de tal modo la voluntad de los elegidos que en modo alguno cayeran (porque si cayeran, no resucitarían), e incluso para que tuvieran todo el mérito necesario para alcanzar aquel grado de gloria al que habían sido elegidos.

7. Segunda opinión. — Es, pues, la segunda sentencia la que dice que Dios con su voluntad absoluta dispone medios ciertos, por los cuales cada elegido alcance infaliblemente la salvación, y en particular, es decir, designando tales medios y tales actos. Añade además esta opinión que todos fueron preordinados simultáneamente: de modo que ni siquiera según razón sea uno definido por Dios antes que otro, especialmente cuando los medios dependen de nuestra libre voluntad.

8. La tercera opinión no satisface a la dificultad ni al modo de hablar de Agustín. — Estos medios guardan orden según su proximidad a la gloria. — Esta opinión es semejante a la que referí en primer lugar en el capítulo octavo, y lo mismo debe pensarse de ella: huye de la dificultad, pero no la declara. Repugna

también al modo de hablar de Agustín y de casi todos los que dicen que Dios llama al hombre para que crea; y que porque quiere dar la fe, quiere también dar tal vocación, como claramente puede verse en Agustín, *De Bono Perseverantiae*, cap. 14. La razón también es manifiesta, porque estos medios no son igualmente próximos al fin último, sino que guardan entre sí un orden, el que insinuó Pablo en Romanos 8. Pues la justificación es más próxima a la glorificación que la vocación, y la vocación a la justificación; y de modo semejante cualquier acto libre que es disposición a la gracia le es más próximo que la excitación con que el hombre es llamado al acto libre. Por tanto, así como a todos estos medios precede la intención del último término, así entre los mismos medios precede la voluntad de aquello que está más próximo al fin: pues por causa de este se elige otro medio que está más remoto, y por eso es posterior en el orden de intención, aunque sea anterior en el orden de ejecución.

Lo cual se declara brevemente en el asunto de los buenos Ángeles: pues porque fueron elegidos para tan grande gloria, por eso también fueron ordenados para que en toda su vida llegaran a tan grande gracia, y por esta causa quiso Dios que tuvieran tal o tales actos meritorios, y por causa de ellos les preparó tal modo de iluminación e inspiración; pues también ellos fueron llamados con vocación congrua, que es ex proposito, como habla Agustín. Finalmente, no puede entenderse de otro modo que la gracia eficaz, en cuanto es eficaz, dentro de la latitud de la gracia preveniente, sea por sí misma intentada por Dios, sino que solo se diga eficaz por el efecto, es decir, porque sucedió, lo cual ahora supongo que es falso.

9. Se refuta. La voluntad absoluta de Dios acerca del acto en particular no repugna a la libertad. — Destruido este fundamento, cae fácilmente toda esta sentencia. Bastante se ha mostrado ya (según creo) en lo anterior que la intención absoluta de Dios acerca del acto libre (incluso en particular y con todas sus circunstancias) no quita la libertad, porque aquella intención por sí misma no cambia ni determina físicamente la voluntad humana, sino que aplica medios

5. Rejicitur prima opinio. — Haec vero sententia supra rejecta est. Quia imprimis videtur procedere tollendo scientiam conditionatam, qua Deus ante voluntatem dandi vocationem praenovit an illa futura esset congrua necne, id est an voluntas hominis sit illi consensura si ei detur. Nam si haec scientia supponatur, ut supponi debet, frustra tribuitur Deo ille modus providendi media confuso modo et sub illa distinctione, ut si unum non habuerit effectum, applicetur aliud. Non enim ita operatur, nisi qui ignorat efficaciam primi medii. Propter quod etiam (ut supra dixi) hic modus providentiae non est consentaneus divinae perfectioni, ad quam spectat ut ex certa scientia, distincte et in particulari omnia disponat, juxta uniuscujusque rei dignitatem et capacitatem.

6. Respondetur ad fundamentum opinionis. — Neque etiam est hoc necessarium ad libertatem, ut in sequentibus late dicendum est et in superioribus est tactum: ubi etiam citatum locum D. Thomae exposuimus. Et aperte ita sensit idem D. Thomas 1-2, q. 112, art. 4, dicens: *ex intentione Dei est, ut homo vocatus infallibiliter sit consensurus, quamvis libere*. Denique, in negotio Angelorum aperte constat non habere locum illum providentiae modum: nam in secundo instanti, in quo via omnium Angelorum terminata est, ita fuit praeparata voluntas electorum, ut omnino non caderent (nam si caderent, non resurgerent), imo etiam ut haberent totum meritum necessarium ad illum gradum gloriae, ad quem electi erant, comparandum.

7. Secunda opinio. — Est ergo secunda sententia dicens Deum sua voluntate absoluta disponere media et certa, quibus unusquisque electus infallibiliter consequatur salutem et in particulari, id est designando talia media et tales actus. Addit vero haec opinio, omnino simul fuisse praeordinata: ita ut nec secundum rationem sit unum prius definitum a Deo quam aliud, praesertim quando

media pendent ex libera voluntate nostra.

8. Tertia opinio non satisfacit difficultati et modo loquendi Augustini. — **Media haec ordinem servant in propinquitate ad gloriam.** — Quae opinio similis est illi quam primo loco retuli supra capite octavo, idemque de illa est sentiendum: fugit enim difficultatem, non declarat. Repugnatque modo loquendi Augustini et fere omnium dicentium Deum vocare hominem ut credat; et quia vult dare fidem, velle etiam dare talem vocationem, ut signatim videri potest apud Augustinum, *De Bono Perseverantiae*, cap. 14. Ratio etiam manifesta est, quia haec media non sunt aeque propinqua fini ultimo, sed inter se ordinem servant, quem insinuavit Paulus ad Romanos 8. Nam justificatio propinquior est glorificationi quam vocatio, et vocatio justificationi; et similiter quilibet actus liber qui est dispositio ad gratiam propinquior illi est quam excitatio qua homo vocatur ad actum liberum. Ergo sicut ad haec omnia media praecedit intentio ultimi termini, ita inter ipsa media praecedit voluntas illius quod propinquius est fini: nam propter illud eligitur aliud medium quod remotius est, et ideo posterius in ordine intentionis, licet sit prius in ordine executionis.

Quod breviter declaratur in negotio bonorum Angelorum: nam quia electi fuerunt ad tantam gloriam, ideo etiam ordinati sunt ut in tota sua via ad tantam gratiam pervenirent, et hac de causa voluit Deus ut talem vel tales actus meritorios haberent, et propter illos talem modum illuminationis et inspirationis eis praeparavit; nam illi etiam vocati sunt vocatione congrua, quae est ex proposito, ut Augustinus loquitur. Denique non potest alio modo intelligi gratiam efficacem, ut efficax est, intra latitudinem praevenientis gratiae, esse a Deo per se intentam, sed solum dici efficacem ex effectu, scilicet quia factum est, quod tamen falsum esse nunc suppono.

que Dios sabe que son congruos con la libertad, como se tratará más ampliamente en lo que sigue. Por tanto, si es verdad (como realmente lo es) que según razón precede en la voluntad divina la intención de tal acto, no hay razón para que sea ineficaz, máxime cuando de aquella intención nace próxima e infaliblemente la aplicación de la vocación o del auxilio eficaz, en cuanto es eficaz. Puesto este fundamento, el primer acto de la voluntad que esta sentencia finge es superfluo: porque si se entiende que aquella volición versa sobre algún objeto universal y confuso, no es conveniente a Dios, quien (como dije) conoce y dispone todas las cosas distintamente; ni es necesario para algún fin, pues basta la voluntad acerca de cada auxilio en particular. Si en cambio se entiende que tal acto versa sobre la colección o multitud de tales auxilios en particular, aunque según la realidad sea un solo acto, sin embargo se distingue según razón por la diversidad de objetos, y por tanto no se distingue de aquellas voluntades por las que se dice que Dios dispone y quiere dar en particular estos auxilios. De donde es necesario que también tal acto, en cuanto versa sobre los auxilios prevenientes, suponga la intención de aquellos actos de la voluntad humana por causa de los cuales se preparan dichos auxilios. Añádase finalmente que no existe razón alguna de orden entre aquel acto universal y los otros particulares, puesto que sus objetos no se comparan entre sí como fin y medio, ni tienen otro orden de causalidad.

10. Conclusión. Dios prepara también con voluntad absoluta los medios que dependen de la libertad. — Debe decirse, pues, que Dios por un acto absoluto de su voluntad prepara a los predestinados incluso aquellos medios que deben ser ejercidos o alcanzados libremente por ellos mismos. Esta es la sentencia de San Agustín en el libro *De Praedestinatione Sanctorum*, especialmente en el cap. 10, y en *De Bono Perseverantiae*, cap. 9 y siguientes; y sin duda es también la de Santo Tomás en 1-2, donde se citó antes, y en la *Prima Pars*, q. 23. La he probado ampliamente en el lib. 3 *De Auxiliis*, cap. 17. La suma de todo es: porque este modo de providencia no repugna a la libertad, como consta por lo dicho. Y es muy conforme

9. Refellitur. Voluntas Dei absoluta circa actum in particulari non repugnat libertati. — Destructo autem hoc fundamento, ruit facile tota haec sententia. Satis autem (ut existimo) in superioribus ostensum est intentionem Dei absolutam circa actum liberum (etiam in particulari et cum omnibus circumstantiis ejus) non tollere libertatem, quia illa intentio per se non immutat nec determinat physice voluntatem humanam, sed applicat media quae Deus novit esse congrua libertati, ut in sequentibus latius attingendum est. Ergo si verum est (ut revera est) secundum rationem praecedere in voluntate divina intentionem talis actus, non est cur sit inefficax, maxime cum ex illa intentione proxime et infallibiliter oriatur applicatio vocationis seu auxilii efficacis, ut efficax est. Hoc autem posito fundamento, primus actus voluntatis quem haec sententia fingit, superfluus est: quia si intelligatur illa volitio esse de aliquo objecto universali et confuso, non est conveniens Deo, qui (ut dixi) distincte omnia novit et disponit; neque est ad aliquem finem necessarius, cum sufficiat voluntas circa singula auxilia. Si vero talis actus intelligitur versari circa collectionem seu multitudinem talium auxiliorum in particulari, ille actus, licet secundum rem unus sit, tamen distinguitur ratione ex diversitate objectorum, ac proinde non est distinctus ab illis voluntatibus quibus dicitur Deus in particulari disponere et velle dare haec auxilia. Unde necesse est ut etiam talis actus, quatenus circa praevenientia auxilia versatur, supponat intentionem illorum actuum voluntatis humanae propter quos illa auxilia praeparantur. Accedit denique quod nulla est ratio ordinis inter illum actum universalem et alios particulares, cum objecta eorum inter se non comparentur ut finis et medium, neque alium ordinem causalitatis habeant.

10. Conclusio. Deus praeparat etiam media quae a libertate pendent absoluta voluntate. — a la perfección de la divina providencia y al amor especial con que Dios persigue a los predestinados; luego no hay razón para negarlo. Además, porque quien intenta eficazmente un fin, primero según razón intenta el medio más próximo a aquel fin que el más remoto. Ahora bien, hemos mostrado que Dios intenta eficazmente para los predestinados el fin último de la gloria, a cuyo fin son más próximos los medios que se realizan con la libertad humana junto con la gracia divina —como son los actos meritorios y las disposiciones próximas a la justicia— que aquellos otros por los cuales solo Dios excita al hombre. Por tanto, Dios quiere eficazmente para los predestinados aquellos medios primero según razón, antes que quiera darles la vocación u otros auxilios antecedentes, que son más remotos. De donde se confirma finalmente que, así como se compara el acto de caridad con el auxilio excitante por el cual Dios mueve eficazmente a tal acto, así se compara el premio de la gloria con el mismo acto de caridad. Por tanto, así como precede la intención de la gloria a la presciencia del acto de caridad o meritorio, así precede en Dios la intención de dar al hombre el acto de caridad a la voluntad o presciencia absoluta de la vocación congrua, que se da por causa de tal acto. Y contra esto no surge ninguna nueva dificultad que sea necesario resolver.

11. Dios quiere con voluntad absoluta los actos buenos independientes del pecado. — Los actos buenos dependientes del pecado no los quiere Dios con voluntad absoluta, sino después de la ciencia del pecado. — Solo advierto que, entre estos actos libres, algunos son completamente independientes del pecado, porque ni lo suponen necesariamente ni incluyen un respecto intrínseco a él, como son los actos de fe, esperanza, amor, etc.; y otros que necesariamente suponen el pecado, como es el acto propio del penitente. En los primeros actos, pues, procede de modo absoluto y sin limitación la sentencia establecida, porque Dios los intenta por sí mismo en primer lugar, y de suyo, con voluntad antecedente y al mismo tiempo eficaz (según el sentido de Crisóstomo y Damasceno explicado en otro lugar), los quiere y los intenta, porque son

Dicendum ergo est Deum per absolutum actum voluntatis suae praeparare praedestinatis etiam illa media quae ab ipsis libere exercenda sunt vel comparanda. Haec est sententia D. Augustini, libro *De Praedestinatione Sanctorum*, praesertim cap. 10, et *De Bono Perseverantiae*, cap. 9 et seq., et sine dubio est D. Thomae, 1-2 ubi supra, et in 4 part., q. 23. Eamque late probavi lib. 3 *De Auxiliis*, cap. 17. Summa omnium est: quia hic modus providentiae non repugnat libertati, ut patet ex dictis. Estque valde consentaneus perfectioni divinae providentiae et speciali amori quo prosequitur praedestinatos: ergo non est cur negetur. Deinde, quia qui intendit efficaciter aliquem finem, prius secundum rationem intendit medium propinquius illi fini quam remotius. Ostendimus autem Deum efficaciter intendere praedestinatis finem ultimum gloriae, cui fini propinquiora sunt media quae humana libertate fiunt cum divina gratia, qualia sunt actus meritorii et dispositiones proximae ad justitiam, quam illa quibus solus Deus hominem excitat. Ergo illa media vult Deus efficaciter praedestinatis prius secundum rationem, quam velit dare illis vocationem vel alia auxilia antecedentia, quae remotiora sunt. Unde confirmatur tandem, quia ita comparatur actus caritatis ad auxilium excitans, quo Deus efficaciter movet ad talem actum, sicut comparatur praemium gloriae ad ipsum actum caritatis: ergo sicut praecedit intentio gloriae ad praescientiam actus caritatis vel meritorii, ita praecedit in Deo intentio dandi homini actum caritatis ad voluntatem seu praescientiam absolutam vocationis congruae, quae propter talem actum datur. Neque contra hoc occurrit nova difficultas cui satisfacere necesse sit.

11. Actus bonos independentes a peccato Deus absolute vult. — Actus bonos dependentes a peccato non vult Deus absolute, nisi post scientiam peccati. — Solum adverto, inter hos actus liberos quosdam esse omnino independentes a peccato, quia neque illud supponunt necessario, neque

enteramente buenos y no suponen ningún mal. Los actos posteriores, en cambio, no los intenta Dios con voluntad absoluta hasta que tenga la presciencia absoluta del pecado futuro, porque ni formalmente ni virtualmente puede Dios querer el pecado. Lo querría, sin embargo (al menos virtualmente), si predefiniera absolutamente un acto que intrínsecamente mira al pecado sin suponer el pecado mismo, como declararé más ampliamente después, al tratar de los efectos de la predestinación.

12. El acto de contrición es predefinido antes según razón que el medio para él. — Aunque esto sea así, no obstante también en estos actos o medios tiene verdad la sentencia establecida, guardando la debida proporción. Pues aunque Dios no quiera absolutamente el acto de contrición, por ejemplo, hasta que vea el pecado por el cual es necesario para borrarlo; sin embargo, primero según razón predefine e intenta en el predestinado el acto de contrición, antes que quiera darle el auxilio eficaz u otro medio ordenado por sí mismo a aquel acto. Porque el pecado no es un medio ordenado a la contrición, sino que es materia y ocasión que induce la necesidad de ella. Los medios para la contrición son aquellos que por sí mismos se ordenan a producir la contrición. Y por eso se supone ciertamente la presciencia del pecado, y antes de ella precede la voluntad de permitirlo; pero no se supone la voluntad de tales medios, sino que esta, a nuestro modo de entender, se sigue de la intención de tal fin.

CAPÍTULO XIV

SI DIOS TIENE VOLUNTAD EJECUTIVA ACERCA DE LOS BIENES QUE CONFIERE A LOS PREDESTINADOS, ADEMÁS DE AQUELLAS QUE PERTENECEN AL ORDEN DE LA INTENCIÓN.

1. Primera razón de duda. — La razón de dudar es que la voluntad absoluta de Dios es por sí misma eficaz de aquellas cosas que así quiere: *Porque todo cuanto*

includunt intrinsecum respectum ad illud, ut sunt actus fidei, spei, amoris, etc.; alios vero esse qui necessario supponunt peccatum, ut est proprius actus poenitentis. In prioribus ergo actibus procedit absolute et sine limitatione sententia posita, quia illos actus per se primo Deus intendit, et ex se, voluntate antecedente simulque efficaci (juxta sensum Chrysostomi et Damasceni alibi declaratum) illos vult et intendit, quia sunt omnino boni et nullum malum supponunt. Posteriores vero actus non intendit Deus voluntate absoluta, donec habeat absolutam praescientiam peccati futuri, quia nec formaliter nec virtute potest Deus velle peccatum: vellet autem (saltem virtualiter) si absolute praefiniret actum intrinsece respicientem peccatum, non supposito ipso peccato, ut latius declarabo infra, de effectibus praedestinationis tractando.

12. Actus contritionis prius ratione praefinitur quam medium ad illum. — Quamvis autem hoc ita sit, nihilominus etiam in his actibus seu mediis verum habet sententia posita, servata proportione. Nam licet Deus non velit absolute actum contritionis, verbi gratia, donec videat peccatum propter quod tollendum est necessarius; nihilominus prius secundum rationem praefinit et intendit praedestinato actum contritionis, quam velit illi dare auxilium efficax vel aliud medium per se ordinatum ad illum actum. Nam peccatum non est medium ordinatum ad contritionem, sed est materia et occasio inducens necessitatem ejus: media autem ad contritionem sunt illa quae per se ordinantur ad efficiendam contritionem. Et ideo supponitur quidem praescientia peccati, et ante illam praecedit voluntas permittendi illud, non vero supponitur voluntas talium mediorum, sed haec, nostro modo intelligendi, consequitur ex intentione talis finis.

CAPUT XIV.

quiso, lo hizo. Por tanto, si Dios tiene una voluntad absoluta por la que determinó dar gloria y gracia a los predestinados, por esa misma voluntad confiere estos bienes. Luego es superfluo fingir otra voluntad ejecutiva, aunque sea distinta según razón; máxime porque esta distinción debería tomarse de los objetos, y tal voluntad versa sobre el mismo objeto.

Segunda razón. — En segundo lugar urge esta dificultad tocada antes y no resuelta: porque si estas dos voluntades son necesarias para que los hombres alcancen la salvación, aquellos respecto de los cuales Dios no tuvo estas voluntades, no tienen de parte de Dios todo lo necesario y, consecuentemente, no pueden salvarse. Pero si no son necesarias ambas voluntades, ni deben ponerse ni distinguirse.

Tercera razón. — Lo que confirmo en tercer lugar así: porque es imposible que Dios tenga acerca de la criatura algún decreto libre que no sea necesario para alguna mutación real de la criatura, sino que para una sola mutación o efecto en la criatura basta una sola voluntad suya. Luego es imposible multiplicar otra u otras. La menor consta por la eficacia de la voluntad divina. La mayor se prueba así: porque la voluntad divina no tiene decreto libre acerca de la criatura por mutación de sí misma; luego no puede tenerlo sino por mutación de la criatura, porque por tal decreto tiene Dios un nuevo respecto a la criatura, al menos de razón. Pero es imposible entender un nuevo respecto entre dos extremos sin mutación de uno de ellos. Por tanto, Dios no puede tener decreto libre sino en cuanto es necesario para alguna mutación real de la criatura.

2. Opinión de algunos. — A causa de esta dificultad, algunos teólogos modernos niegan en la voluntad divina estos dos órdenes de intención y ejecución, y consecuentemente niegan la distinción de razón entre los actos mencionados. Sin embargo, partiendo de este principio se han dividido en sentencias totalmente contrarias. Pues algunos, por esta causa, o niegan por completo la intención del fin que según razón preceda a la elección de los medios en la voluntad divina, o al menos niegan que aquella intención sea eficaz. Pero contra estos ya se ha disputado suficientemente. Otros,

HABEATNE DEUS VOLUNTATEM EXSEQUENTEM CIRCA BONA, QUAE CONFERT PRAEDESTINATIS, PRAETER EAS QUAE AD ORDINEM INTENTIONIS PERTINENT.

1. Prima ratio dubitandi. — Ratio dubitandi est, quia voluntas Dei absoluta per se ipsam est efficax eorum quae ita vult: *Omnia enim quaecumque voluit, fecit*. Ergo si habet Deus voluntatem absolutam qua statuit dare gloriam et gratiam praedestinatis, per eamdem omnino voluntatem haec bona confert: ergo supervacaneum est aliam fingere voluntatem exsequentem, etiam ratione distinctam; maxime quia haec distinctio ex objectis sumenda esset: talis autem voluntas versatur circa idem objectum.

Secunda ratio. — Secundo urget haec difficultas supra tacta et non soluta: quia si hae duae voluntates sunt necessariae ut homines consequantur salutem, illi circa quos Deus non habuit has voluntates, non habent ex parte Dei omnia necessaria et consequenter salvari non possunt. Si autem non sunt ambae voluntates necessariae, nec ponendae nec distinguendae sunt.

Tertia ratio. — Quod tertio ita confirmo: quia impossibile est Deum habere circa creaturam aliquod decretum liberum quod necessarium non sit ad aliquam realem mutationem creaturae, sed ad unam mutationem seu effectum in creatura sufficit una voluntas ejus. Ergo impossibile est aliam vel alias multiplicare. Minor constat ex efficacia divinae voluntatis. Major autem sic ostenditur: quia divina voluntas non habet decretum liberum circa creaturam per sui mutationem; ergo non potest illud habere nisi per mutationem creaturae, quia per tale decretum habet Deus novum respectum ad creaturam, saltem rationis. Impossibile autem est inter duo extrema intelligere novum respectum sine mutatione alterius: ergo non potest Deus habere decretum liberum, nisi quatenus necessarium est ad aliquam realem mutationem creaturae.

en cambio, admitiendo en Dios esta intención, afirman que por ella misma determina Dios eficazmente la voluntad humana a ejecutar aquello que Dios predefinió por tal voluntad, porque esta es la eficacia de la voluntad divina. Estos autores, sin embargo, apenas pueden conciliar la libertad del arbitrio con la predefinición divina, de lo cual hablaré después en su lugar propio; y por eso omito estas sentencias.

3. Verdadera sentencia. — Se prueba. — Debe decirse, pues, que la voluntad por la cual Dios ejecuta aquello que había predefinido en el orden de la intención acerca de los elegidos, es distinta según razón de la voluntad de intención y elección. Esta aserción se sigue necesariamente de lo dicho, porque Dios quiere en el orden de la intención la gloria para el predestinado solo por su gracia: pero da esa misma gloria no solo por liberalidad, sino por los méritos. Y no la da sino por la voluntad: luego es necesario entender en Dios una voluntad por la cual ejecuta la donación de la gloria, distinta según razón de la voluntad anterior por la cual la intenta. Lo mismo puede verse en el orden de las causas y efectos naturales, en los cuales Dios intenta el fin, y por causa de él aplica los medios, por los cuales después ejecuta el efecto intentado, ejecución que hace también por su voluntad: luego es necesario que esta sea de algún modo distinta. Finalmente, acerca de las cosas divinas no podemos filosofar sino partiendo de las humanas, guardando la proporción y atribuyendo a Dios todo lo que es perfección, eliminando las imperfecciones. Pero en nosotros encontramos que estos dos órdenes —de intención o consulta y de ejecución— son distintos y necesarios para el modo perfecto de obrar por un fin, según la propia intención y elección del operante. Es, sin embargo, imperfección en nosotros que hagamos esto mediante actos realmente distintos, por una mutación real de nuestra voluntad, y mediante discurso, consulta e investigación de los medios. Por tanto, eliminadas estas imperfecciones, en el único y simplicísimo acto de la voluntad de Dios debemos entender ambas razones de actos, puesto que obra perfectísimamente por un fin. Esto, sin embargo,

quedará más claro resolviendo los tres problemas que se plantean en las razones de dudar.

4. Se resuelve la dificultad del primer argumento. — La diversidad de actos acerca del mismo objeto puede entenderse en Dios a partir de motivos próximos. — El primer problema es de qué modo pueda entenderse esta distinción de actos acerca de la misma cosa querida por Dios. A lo cual respondo brevemente que a veces esta diversidad puede entenderse a partir de los motivos próximos por los cuales se entiende que Dios tiene tales actos de voluntad. Por ejemplo, en la misma gloria que Dios quiere para el predestinado, entendemos que en la primera intención de ella la razón de querer es solamente la divina bondad; pero respecto de la voluntad por la cual Dios quiere dar la gloria en la ejecución, la razón próxima es los méritos que ya se ven en el mismo predestinado. Así, en efecto, San Agustín, comparando entre sí diversos pasajes suyos, especialmente en el libro 1 *Ad Simplicianum*, q. 2, y en *De Correptione et Gratia*, cap. 7, distingue dos elecciones en Dios: una meramente gratuita, que tiene por solo motivo de misericordia; otra de justicia, que tiene por motivo de los méritos. De donde se concluye una óptima razón en favor de la aserción establecida. Porque la voluntad de intención y la de ejecución, en cuanto versan sobre la gloria que ha de darse al predestinado, se distinguen en Dios del mismo modo que se distinguen el atributo de justicia y el de misericordia o liberalidad: pero se distinguen según razón; luego también aquellas voluntades.

5. Esta distinción no tiene lugar en los dones que Dios da de sí mismo y por sí mismo. — Y de este modo pueden distinguirse fácilmente estas dos voluntades, en cuanto versan sobre todos los dones de la gracia que dependen de nuestra cooperación libre. Pues en todos ellos la primera dilección, por la cual Dios ordena eficazmente al predestinado a tener tal bien, es por liberalidad y misericordia; la voluntad, en cambio, por la cual Dios confiere en realidad tal don, siempre mira a la cooperación del libre arbitrio como a

2. Aliquorum opinio. — Ob hanc difficultatem, nonnulli theologi moderni negant in divina voluntate hos duos ordines intentionis et executionis, et consequenter negant distinctionem rationis inter praedictos actus. Tamen ex hoc principio in sententias omnino contrarias divisi sunt. Quidam enim ob hanc causam vel omnino negant intentionem finis quae ratione praecedat electionem mediorum in divina voluntate, vel saltem negant illam intentionem esse efficacem. Sed contra hos satis disputatum est. Alii vero ponentes in Deo hanc intentionem, asserunt per illammet determinare Deum efficaciter voluntatem humanam ad exsequendum id quod Deus per talem voluntatem praefinivit, quia haec est efficacia divinae voluntatis. Hi tamen auctores vix possunt conciliare libertatem arbitrii cum praefinitione divina, de qua re dicam infra in proprio loco; et ideo has sententias praetermitto.

3. Vera sententia. — Probatur. — Dicendum ergo est voluntatem, qua Deus exsequitur id quod ordine intentionis circa electos praefinierat, esse ratione distinctam a voluntate intentionis et electionis. Haec assertio sequitur necessario ex dictis, quia Deus vult ordine intentionis gloriam praedestinato ex sola sua gratia: dat autem eamdem gloriam non ex sola liberalitate, sed ex meritis. Non dat autem nisi per voluntatem: ergo necesse est intelligere in Deo voluntatem qua exsequitur donationem gloriae, ut ratione distinctam a priori voluntate qua eamdem gloriam intendit. Idem videre licet in ordine causarum et effectuum naturalium, in quibus Deus intendit finem, et propter illum applicat media, per quae postea exsequitur effectum intentum, quam executionem per suam etiam voluntatem facit: ergo necesse est illam esse aliquo modo distinctam. Denique de divinis rebus nos philosophari non possumus nisi ex humanis, servando proportionem et tribuendo Deo quidquid perfectionis est, remotis imperfectionibus. Sed in nobis invenimus hos duos ordines

intentionis seu consultationis et executionis esse distinctos et necessarios ad perfectum modum operandi propter finem, ex propria intentione et electione ipsius operantis. Est autem imperfectionis in nobis quod haec facimus per actus re ipsa distinctos, et per mutationem realem nostrae voluntatis, et medio discursu, consultatione et inquisitione mediorum: ergo, seclusis his imperfectionibus, in unico et simplicissimo actu voluntatis Dei utramque rationem actuum intelligere debemus, cum perfectissime operetur propter finem. Hoc tamen melius constabit expediendo tria dubia quae in rationibus dubitandi postulantur.

4. Expeditur difficultas ex primo argumento. — **Diversitas actuum circa idem objectum potest intelligi in Deo ex propinquis motivis**. — Primum dubium est quo modo possit haec distinctio actuum intelligi circa eamdem rem volitam a Deo. Ad quod breviter respondeo aliquando posse intelligi diversitatem hanc ex proximis motivis propter quae intelligitur Deus habere hujusmodi voluntatis actus. Ut, verbi gratia, in eadem gloria quam Deus vult praedestinato, intelligimus in prima intentione illius rationem volendi esse solam divinam bonitatem; respectu autem voluntatis per quam Deus in executione vult dare gloriam, proximam rationem esse merita quae jam videntur in ipso praedestinato. Sic enim divus Augustinus, varia ejus loca inter se conferendo, praesertim lib. 1 *Ad Simplicianum*, q. 2, et *De Correptione et Gratia*, cap. 7, duas electiones in Deo distinguit: unam mere gratuitam, quam habet ex solo motivo misericordiae; aliam justitiae, quam habet ex motivo meritorum. Unde optima concluditur ratio pro assertione posita. Nam voluntas intentionis et executionis, ut versantur circa gloriam dandam praedestinato, ita distinguuntur in Deo sicut attributum justitiae et misericordiae vel liberalitatis: sed distinguuntur ratione; ergo et illae voluntates.

la razón por la cual, en algún género de causa, el hombre recibe tal don, ya sea causa meritoria, ya dispositiva, como condición sine qua non o concausa, que solo secundariamente y de modo menos principal coopera con la gracia divina. Pero en aquellos dones que Dios ha de hacer por sí mismo y solo de sí mismo, no parece tener lugar este modo de distinción, porque, por ejemplo, la primera vocación Dios decretó darla absolutamente gratis en el orden de la predestinación, y absolutamente gratis la da también en la misma ejecución, e incluso sin que nosotros cooperemos libremente.

6. Otra distinción de los actos que debe buscarse en el modo de tender al objeto. — Y por eso añado otra razón para distinguir estos dos aspectos, que puede tomarse del modo en que la voluntad divina versa sobre tal objeto y de las diversas razones que en él pueden considerarse. Pues aquel don es un cierto objeto amable, al cual la voluntad puede unirse por el afecto, y es también una cierta cosa factible por tal operante, que puede aplicar su potencia a ejecutar tal efecto. Del primer modo versa la voluntad de Dios acerca de tal objeto cuando procede solo en el orden de la intención; del segundo modo, en cambio, cuando ya comienza la ejecución. Esta doctrina la tomo de Santo Tomás, 1-2, q. 45 y 46, especialmente art. 4, donde distingue de este modo el consenso y la elección, por una parte, del uso. Pues el consenso pertenece al orden de la consulta y significa la aceptación de tal medio por el afecto y complacencia, o incluso por elección si se compara con otros, pero todavía no es por fuerza de tal acto, porque en él se comporta la voluntad como facultad operativa ad extra. El uso, en cambio, sigue después de la elección e inicia la ejecución del efecto, porque ya versa acerca de él como operable. Del mismo modo, pues, debemos entender la voluntad divina.

7. La potencia ejecutiva de Dios se distingue de la voluntad y del intelecto divino. — Finalmente, esto será más fácil si advertimos que la potencia por la cual Dios ejecuta las acciones exteriores es distinta según razón del intelecto y de la voluntad de Él, como ahora

5. Haec distinctio non habet locum in donis ex seipso et per seipsum a Deo dandis. — Atque ad hunc modum possunt facile distingui hae duae voluntates, quatenus versantur circa omnia dona gratiae quae pendent ex cooperatione nostra libera. Nam in illis omnibus prima dilectio, qua Deus efficaciter ordinat praedestinatum ad habendum tale bonum, est ex liberalitate et misericordia; voluntas vero, qua Deus re ipsa confert tale donum, semper respicit cooperationem liberi arbitrii, velut rationem propter quam in aliquo genere causae homo recipit tale donum, sive sit causa meritoria, sive dispositiva, velut conditionem sine qua non, seu concausam, quae tantum secundario et minus principaliter est cooperans divinae gratiae. At vero in illis donis quae Deus per seipsum et tantum ex seipso facturus est, non videtur habere locum hic distinctionis modus, quia primam vocationem, verbi gratia, omnino gratis et absolute Deus dare decrevit in ordine praedestinationis; et omnino etiam gratis dat in ipsa executione: atque etiam sine nobis libere cooperantibus.

6. Alia distinctio actus petenda ex modo tendendi in objectum. — Et ideo addo aliam rationem distinguendi haec duo, quae sumi potest ex modo quo divina voluntas versatur circa tale objectum, et ex diversis rationibus quae in illo considerari possunt. Est enim donum illud objectum quoddam amabile, cui voluntas per affectum conjungi potest, et est etiam res quaedam factibilis a tali operante, qui potest applicare potentiam suam ad talem effectum exsequendum. Priori modo versatur voluntas Dei circa tale objectum quando ordine tantum intentionis procedit; posteriori autem modo quando jam inchoat executionem. Quam doctrinam sumo ex D. Thoma, 1-2, q. 45 et 46, praesertim art. 4, ubi hoc modo distinguit consensum et electionem ex una parte, ab usu. Nam consensus pertinet ad ordinem consultationis, dicitque acceptationem talis medii per affectum et complacentiam, vel

supongo por otros lugares. Por la voluntad, pues, por la cual Dios dentro de sí predefine o acepta tal medio, no se entiende que aplique su potencia a obrar, sino solo que ama aquel bien respecto de tal persona; por la voluntad ejecutiva, en cambio, aplica su potencia a ejecutar aquello que había amado. Y por eso, si Dios ha de producir tal efecto con una causa segunda, aplica su potencia del modo que es debido o proporcionado a tal causa segunda. De donde, si aquella solo ha de obrar físicamente y no libremente, aplica su potencia a un concurso determinado a uno. Si en cambio la causa segunda ha de obrar libremente, aplica a un influjo más indiferente. De este modo, pues, se entiende rectamente la distinción entre estas voluntades.

8. Se responde a la segunda razón y se declara la necesidad de ambas voluntades (de intención y de ejecución). — La segunda dificultad era cuál es la necesidad de ambas voluntades, y de qué modo se salva la suficiencia del auxilio en aquellos con los que Dios no tiene ambas voluntades. Para declararlo, advierto que por dos capítulos puede ser necesaria o al menos conveniente tal voluntad para alguna obra: es decir, o de parte del mismo agente, para que obre de modo perfecto. Del primer modo es absolutamente necesaria para cualquier efecto la voluntad ejecutiva de Dios mismo, porque o es el principio próximo de tal efecto, o ciertamente es la que aplica inmediatamente la omnipotencia, que es tal principio próximo. Así como en el hombre, respecto de todos los efectos y acciones que proceden de las potencias subordinadas a la voluntad en el obrar, el acto de la voluntad por el cual mueve y aplica la potencia ejecutiva a obrar es simplemente necesario para tal efecto. De parte del agente, en cambio, para que obre de modo perfecto y racional, es necesaria la intención y la elección o aceptación de los medios por causa del fin, porque sin ella no dirigiría sus acciones con propia e intrínseca relación a un fin determinado, siendo esto, sin embargo, sumamente necesario para el modo perfecto de obrar.

9. Se declara esta doctrina en todo género de agentes. — Pues en primer lugar, en el hombre, para mover la

etiam per electionem si cum aliis conferatur, nondum tamen ex vi talis actus est, quia in eo se gerit voluntas ut facultas operativa ad extra. Usus vero sequitur post electionem et inchoat executionem effectus, quia jam versatur circa illum ut operabilem. Ad eundem ergo modum intelligere debemus voluntatem divinam.

7. Potentia Dei exsecutiva distinguitur a voluntate et intellectu divino. — Denique hoc erit facilius si advertamus potentiam, per quam Deus exsequitur exteriores actiones, esse ratione distinctam ab intellectu et voluntate ejus, ut ex aliis locis nunc suppono. Per voluntatem igitur qua Deus intra se praefinit seu acceptat tale medium, non intelligitur applicare potentiam suam ad operandum, sed tantum amare illud bonum respectu talis personae; per voluntatem autem exsequentem applicat potentiam suam ad exsequendum id quod dilexerat. Et ideo, si talem effectum operaturus est Deus cum causa secunda, ita applicat potentiam suam sicut tali causae secundae vel debitum vel proportionatum est. Unde si illa sit tantum operatura physice et non libere, applicat suam potentiam ad concursum determinatum ad unum. Si vero causa secunda sit operatura libere, applicat ad influxum magis indifferentem. Hoc igitur modo recte intelligitur distinctio inter has voluntates.

8. Satisfit secundae rationi et declaratur necessitas utriusque voluntatis intentionis et executionis. — Secunda difficultas erat quae sit necessitas utriusque voluntatis, et quo modo salvetur sufficientia auxilii in his cum quibus Deus non habet utramque voluntatem. Quod ut declarem, adverto ex duplici capite posse hujusmodi voluntatem esse necessariam vel saltem convenientem ad aliquod opus: scilicet vel ex parte ipsius agentis, ut perfecto modo operetur. Priori modo est omnino necessaria ad quemlibet effectum Dei voluntas exsequens ipsius, quia vel est principium

mano, por ejemplo, basta por parte del efecto aquel acto de la voluntad por el cual se aplica la potencia motriz de la mano a tal acción; pero por parte del mismo hombre, para que ejerza tal acto de modo perfecto y moral, es necesario otro acto de la voluntad por el cual dirija aquella acción externa a algún fin. Asimismo, en los agentes naturales, como el fuego, por ejemplo, para que caliente, basta la facultad próxima que produce la calefacción; sin embargo, para que aquella acción se haga de modo perfecto por parte de la causa agente, es necesaria alguna ordenación al fin. Y porque el agente próximo es tan imperfecto que por sí mismo no puede tener aquella intención del fin, dijo el Filósofo que es necesario que la naturaleza se subordine a un agente superior, por el cual sea dirigida al fin. Finalmente, esto se muestra en Dios: pues Dios quiere ofrecer al hombre el concurso necesario para el acto de pecado, quiere también ofrecer el concurso para el acto bueno. Voluntad de Dios que es como ejecutiva y necesaria para el efecto por parte de aquel. Y no obstante, Dios quiere el concurso para el acto bueno por causa del mismo acto, y por tanto por intención de él; no así, en cambio, quiere el concurso para el acto de pecado, porque de parte del agente pertenece a su perfección que intente el bien, y no que intente el mal. Rectamente, pues, se distingue la mencionada doble necesidad, y ambos órdenes de intención y ejecución en la voluntad divina.

10. Objeción. — Se responde. — Pero alguien podrá decir que con este discurso se muestra a lo sumo que es necesaria en Dios la intención de algún fin mediante un acto simple e ineficaz. Respondo en primer lugar que esto basta para que distingamos el orden de la intención del orden de la ejecución: pues nosotros no sostenemos que la intención absolutamente absoluta y eficaz sea simplemente necesaria. Sin embargo, de aquí ulteriormente colegimos rectamente que pertenece a la perfección del agente poder, si quiere, querer el fin con intención absoluta y eficaz, y de aquella manera especial y eficaz proveer y preparar los medios para tal fin. Y así también respondimos brevemente antes a una dificultad semejante sobre la elección a la gloria, a

proximum talis effectus, vel certe est immediate applicans omnipotentiam quae est tale principium proximum. Sicut in homine respectu omnium effectuum et actionum quae procedunt a potentiis subordinatis voluntati in agendo, actus voluntatis quo movet et applicat potentiam executivam ad operandum est simpliciter necessarius ad talem effectum. Ex parte vero agentis, ut perfecto et rationali modo operetur, est necessaria intentio et electio seu acceptatio mediorum propter finem, quia sine illa non dirigeret actiones suas propria et intrinseca relatione ad determinatum finem, cum tamen hoc maxime necessarium sit ad perfectum operandi modum.

9. Declaratur haec doctrina in omni genere agentium. — Nam imprimis in homine, ad movendam manum, verbi gratia, sufficit ex parte effectus ille actus voluntatis quo potentia motiva manus applicatur ad talem actionem; at vero ex parte ipsius hominis, ut perfecto et morali modo exerceat talem actum, necessarius est alius voluntatis actus quo actionem illam externam in aliquem finem dirigat. Rursus in agentibus naturalibus, ut ignis, verbi gratia, calefaciat, sufficit facultas proxime efficiens calefactionem; tamen ut illa actio perfecto modo fiat ex parte causae agentis, necessaria est aliqua ordinatio in finem. Et quia proximum agens ita est imperfectum ut per se non possit habere illam intentionem finis, dixit Philosophus necessarium esse ut natura subordinetur superiori agenti, a quo in finem dirigatur. Denique in Deo ista ostenditur: vult enim Deus offerre homini concursum necessarium ad actum peccati, vult etiam offerre concursum ad actum bonum. Quae voluntas Dei est quasi exsequens et necessaria ad effectum ex parte illius. Et nihilominus Deus vult concursum ad actum bonum propter ipsum actum, atque adeo ex intentione ejus; non sic autem vult concursum ad actum peccati, quia ex parte agentis ad perfectionem ejus pertinet ut bonum intendat, non vero ut intendat malum. Recte igitur distinguitur praedicta duplex

saber: si aquella es necesaria, de qué modo Dios otorga principios suficientes a aquellos hombres a los que desde el principio no eligió de tal modo. La respuesta es clara, porque aquella elección no es simplemente necesaria por parte de los efectos, sino solo por parte del agente, supuesto el modo especial y perfecto de providencia que quiso tener con tales hombres, aunque sin ella hubiera podido proveer suficientes medios de gracia, como constará más ampliamente por lo que se dirá acerca de los reprobos.

CAPÍTULO XV

SI LA INTENCIÓN EFICAZ DE DIOS Y LA EJECUCIÓN DE LOS MEDIOS PRODUCEN NECESARIAMENTE DIVERSAS MUTACIONES EN EL PREDESTINADO.

1. Proprie non datur causa praedestinationis divinae. - In actu libero Dei duo considerari possunt. Hactenus dictum est de causis praedestinationis quoad eius effectus; nunc videndum est, an possit praedestinatio habere causam aliquam vel rationem ex parte ipsiusmet actus manentis in Deo; quod si potest illam habere, deinceps inquiremus quaenam sit illa. In hoc ergo certum imprimis est, si proprie et in rigore loquamur de causa realiter influente, non posse dari causam divinae praedestinationis, quia nec reprobationis, nec alicuius divini actus dari potest; et ratio est, quia actus divinae voluntatis increatus est, immutabilis et aeternus, et ideo nullam veram et realem causam habere potest, etiam aeternam, nedum temporalem. Atque hoc est quod D. Thomas et omnes theologi supponunt tamquam manifestum in hac materia. Tamen loquendo latius de causa, prout dicit quamcumque rationem vel conditionem obiectivam, sic locum habet quaestio haec circa praedestinationem ex parte actus divini. Nam consistit praedestinatio in actibus praescientiae et voluntatis liberae Dei, ut supra visum est. In libero autem Dei actu duo considerare possumus: unum est existentia illius actus quoad totum

establecida, aunque para todo y en cada caso pueda ser utilísimo y gratísimo a Dios, que es lo que los santos quieren destacar sobre todo.

6. Diferencia entre Cristo Señor y un hombre puro en cuanto a ser causa de la predestinación de los hombres. - Se establece una segunda diferencia. Esta es, pues, la primera diferencia entre Cristo y un hombre puramente humano: que Cristo, por ley cierta e infalible de Dios, es causa de toda la predestinación de los demás hombres de tal modo que todos y cada uno de sus efectos se confieren por consideración a sus méritos, no solo en la raíz, sino también inmediata y directamente en sí mismos; hasta tal punto que incluso la misma gloria que cada uno merece para sí de condigno se da también próxima e inmediatamente, y por una razón más alta, a causa del mérito de Cristo. Todo esto se mostró en el primer tomo citado. Pero ningún hombre puramente humano puede merecer así para otro todos los efectos de la predestinación; y por eso nadie se dice propiamente que merezca para otro, de manera simple, la predestinación. Y por eso dijo muy oportunamente santo Tomás que la predestinación de uno puede ser ayudada por las oraciones de otro, pero no hecha por ellas. Otra diferencia es que un hombre puro no merece para otro de condigno, mucho menos en justicia estricta, sino solo de congruo, como consta por la *Summa*, I-II, cuestión 114. Cristo, en cambio, no solo nos mereció la predestinación de condigno, sino también en justicia estricta, como se muestra ampliamente en la tercera parte, cuestión 1, artículo 2, y cuestión 19.

7. Otra diferencia. - Finalmente puede señalarse otra diferencia: un hombre puro, por ejemplo Esteban, mereció así la vocación de Pablo predestinado, y sin embargo la misma oración por la que Esteban lo mereció fue efecto de la predestinación de Pablo, en cuanto que, en el orden de razón, precede en la mente de Dios a todos los méritos de Esteban, como veremos un poco más adelante. Y así, aunque aquella vocación pudo ser el primero de los efectos de la predestinación de Pablo que se reciben en el mismo Pablo, no es sin embargo el primero simplemente, porque la oración de

suum esse reale, et sub hac ratione hic non consideratur, nec habet locum quaedam quaestio, quia talis actus ut sic non est liber, sed necessarius, et ita nullam potest habere causam vel rationem ex parte creaturae libere operantis. Alio vero modo spectatur ille actus, ut libere terminatus ad effectum creatum; et quoad hanc determinationem, quidquid illa sit, locum habet quaestio, an habeat rationem aliquam obiectivam vel motivam ex parte hominis.

2. Dubii ratio. Nam quod possit illam habere, videtur probari. Primo in praescientia futurorum, nam praescit illa Deus, quia futura sunt, ut communiter Patres loquuntur, quos retuli lib. 1, *De Auxiliis*, c. 13, et lib. 3, c. 5. Ergo ipsa futuritio, seu veritas talis propositionis de futuro, est ratio obiectiva ob quam scientia divina terminatur ad talem effectum; quod si res sit futura in praedefinitione divinae voluntatis, tunc ipsa voluntas est ratio obiectiva divinae scientiae. Quo sensu dictum est ab Hilario, lib. 9, *De Trinitate*, Deum praescire futura, quia vult illa, ut latius adnotavi et exposui lib. 4, *De Scientia Futurorum*, c. 5. Atque hoc maxime contendit Augustinus in hac materia, cuius sensum perceperat Prosper, quanquam ut ab ipso amplius confirmaretur, ab eodem Augustino interrogat in epistola ad eumdem, tom. 7, ante lib. *De Praedestinatione Sanctorum*, circa finem: *an per scientiam stet propositum* (ut Massilienses dicebant), *an vero praescientia sit subnixa proposito*, ut ipse sentiebat. Augustinus autem hanc posteriorem sententiam confirmat toto libro *De Praedestinatione Sanctorum*, praesertim c. 9 et 10, et lib. *De Dono Perseverantiae*, praesertim c. 18 et 19, et Epistola 105 et 106, et saepe alias. Idemque sensit Hilarius in Epistola ad Augustinum. Non sentiunt autem esse necessarium ut semper praescientia in praefinitione fundetur, sed solum interdum, et maxime in praedestinatis, in illa fundari. Nam ex eisdem Patribus constat posse interdum praescientiam esse de his quae praedestinata non sunt, si cum sola

Esteban es anterior y se cuenta entre los efectos de la predestinación de Pablo, no entre los que se realizan en él mismo, sino entre los que se realizan especialmente por causa de él. La misma razón vale respecto de cualquier hombre predestinado comparado con otro hombre puramente humano. Cristo, en cambio, merece para otro una vocación conveniente, que es efecto de la predestinación, sin que por eso sea necesario que el mérito mismo de Cristo, o el principio del que procede, sea efecto de la predestinación de Pablo o de otro semejante; porque el mérito de Cristo se comporta como una causa más universal, que nace de una predestinación más alta, como explicaremos más ampliamente en el último capítulo.

CAPÍTULO XXII

SI PUEDE DARSE UNA CAUSA DE LA PREDESTINACIÓN POR PARTE DEL ACTO DE LA VOLUNTAD DIVINA

1. En rigor propio no se da causa de la predestinación divina. - En el acto libre de Dios pueden considerarse dos cosas. Hasta aquí se ha hablado de las causas de la predestinación en cuanto a sus efectos; ahora hay que ver si la predestinación puede tener alguna causa o razón por parte del mismo acto que permanece en Dios. Y, si puede tenerla, después investigaremos cuál sea esa causa. Lo primero que aquí es cierto es que, si hablamos propiamente y en sentido estricto de una causa que influye realmente, no puede darse causa de la predestinación divina, como tampoco de la reprobación ni de ningún acto divino. La razón es que el acto de la voluntad divina es increado, inmutable y eterno, y por eso no puede tener ninguna causa verdadera y real, ni siquiera eterna, mucho menos temporal. Y esto es lo que santo Tomás y todos los teólogos suponen como manifiesto en esta materia. Sin embargo, hablando más ampliamente de causa, en cuanto significa cualquier razón o condición objetiva, entonces sí tiene lugar esta cuestión acerca de la predestinación por parte del acto divino. Pues la predestinación consiste en actos de la

permissione futura sint, ut docuit idem Augustinus, libro *De Praedestinatione Sanctorum*, c. 10, et lib. 5, *De Civitate Dei*, c. 30.

3. Rationes. Rursus ex parte voluntatis potest dari ratio obiectiva liberae determinationis Dei; de qua re multa aliis locis dixi, praesertim 3 part., tom. 4, circa quaest. 19, et *Relect.* 4, et tractatur etiam 4 part., q. 19, art. 5. Quia tamen est necessarium fundamentum huius materiae, breviter confirmandum et explicandum est. Ita ergo sentit D. Thomas hic art. 5, ad 3, et 1, *Contra Gentes*, cap. 82, ad 4 rationem, et cap. 86, ubi Ferrarius, et in cap. 87. Item Capreolus, in 1, d. 41, q. 1, art. 2, ad finem, ubi Durandus, q. 2, num. 5, ait unam volitionem liberam Dei esse rationem alterius, nostro modo intelligendi, sicut unum attributum est ratio alterius; et idem sensit ibi Gabriel, quaest. unic., in princ., et Gregorius, quaest. 1, artic., Marsilius, in 1, quaest. 41, art. 4, Alensis, 4 part., quaest. 28, memb. 3, art. 3. Et ratione declaratur, quia Deus vult unum obiectum ut finem, et aliud ut medium ad illum: ergo illud quod est finis est ratio volendi aliud. Item Deus vult aliquid supposita aliqua conditione ex parte creaturae, quod non vellet, illa non supposita; ergo illa conditio est aliquo modo ratio obiectiva talis voluntatis. Antecedens declaratur in naturalibus: quando enim Deus creat animam rationalem in hominis generatione, non creat illam nisi quatenus corpus iam perfecte dispositum illam requirit et suo iure exigit; ergo illa corporis dispositio est ratio obiectiva inclinans voluntatem Dei ut hic et nunc velit animam creare. Evidentius autem id constat in moralibus: vult enim Deus dare quod petitur, quia petitur in vi promissionis ab ipso factae; vult etiam conferre praemium ratione meritorum; illa ergo obiective determinant voluntatem Dei ad praemium conferendum. Id quod clarius est in redditione poenarum, quas Deus non vult ex se, sed nobis provocatus, ut ait Damascenus, lib. 2 *De Fide*, cap. 29 et 30. Ergo demerita hominis determinant obiective voluntatem Dei, ut velit

presciencia y de la voluntad libre de Dios, como se ha visto antes. Ahora bien, en el acto libre de Dios podemos considerar dos aspectos: uno es la existencia de ese acto en cuanto a todo su ser real; y bajo este aspecto aquí no se lo considera, ni tiene lugar esta cuestión, porque tal acto, en cuanto tal, no es libre sino necesario, y así no puede tener causa o razón por parte de la criatura que obra libremente. Pero de otro modo se considera ese acto en cuanto libremente determinado a un efecto creado; y en cuanto a esta determinación, sea la que fuere, sí tiene lugar la cuestión de si tiene alguna razón objetiva o motivadora por parte del hombre.

2. Razón de la duda. Que pueda tenerla parece probarse. Primero, en la presciencia de los futuros, porque Dios los conoce de antemano porque van a suceder, como hablan comúnmente los Padres, a quienes cité en el libro 1 de *De Auxiliis*, cap. 13, y libro 3, cap. 5. Luego esa misma futurición, o la verdad de tal proposición sobre el futuro, es la razón objetiva por la cual la ciencia divina se termina a tal efecto; y si la cosa ha de ser futura en la predefinición de la voluntad divina, entonces la misma voluntad es razón objetiva de la ciencia divina. En este sentido dijo Hilario, en el libro 9 de *De Trinitate*, que Dios conoce de antemano las cosas futuras porque las quiere, como expliqué más ampliamente en el libro 4 de *De Scientia Futurorum*, cap. 5. Y esto es precisamente lo que san Agustín sostiene con más fuerza en esta materia. Próspero había comprendido su pensamiento, aunque para que el mismo Agustín se lo confirmara más claramente, le preguntó en una carta dirigida a él, en el tomo 7, antes del libro *De la predestinación de los santos*, hacia el final, si el propósito se mantiene por la ciencia, como decían los marselleses, o si más bien la presciencia se apoya en el propósito, como él pensaba. Agustín confirma esta segunda opinión en todo el libro *De la predestinación de los santos*, sobre todo en los capítulos 9 y 10, y en *Del don de la perseverancia*, sobre todo en los capítulos 18 y 19, así como en las cartas 105 y 106, y muchas otras veces. Lo mismo pensó Hilario en su carta a Agustín. Sin embargo, no entienden que sea necesario que la presciencia se funde siempre en una

predefinición, sino solo a veces, y especialmente que en los predestinados se funde en ella. Pues consta por esos mismos Padres que a veces la presciencia puede referirse a cosas que no están predestinadas, si han de suceder solo por permisión, como enseñó el mismo Agustín en *De la predestinación de los santos*, cap. 10, y en *La ciudad de Dios*, libro 5, cap. 30.

3. Razones. Además, por parte de la voluntad puede darse una razón objetiva de la libre determinación de Dios; sobre esto he dicho mucho en otros lugares, sobre todo en la parte 3, tomo 4, acerca de la cuestión 19, y en la *Relectio* 4, y también se trata en la parte 4, cuestión 19, artículo 5. Pero como esto es un fundamento necesario de esta materia, hay que confirmarlo y explicarlo brevemente. Así lo piensa santo Tomás aquí, artículo 5, ad 3, y en *Contra Gentiles*, libro 1, cap. 82, respuesta al cuarto argumento, y cap. 86, y también en el cap. 87. Lo mismo Capreolo en 1, dist. 41, q. 1, art. 2, al final, donde Durando, q. 2, n. 5, dice que una volición libre de Dios es razón de otra, según nuestro modo de entender, así como un atributo es razón de otro; y lo mismo sintieron allí Gabriel, Gregorio, Marsilio y Alejandro de Hales. Y se explica por razón, porque Dios quiere una cosa como fin y otra como medio para ese fin; luego aquello que es el fin es razón para querer lo otro. Igualmente, Dios quiere algo suponiendo alguna condición por parte de la criatura, que no querría si esa condición no se supusiera; luego esa condición es de algún modo razón objetiva de tal voluntad. Esto se ve en las cosas naturales: cuando Dios crea el alma racional en la generación del hombre, no la crea sino en cuanto un cuerpo ya perfectamente dispuesto la requiere y, por así decirlo, la reclama por derecho propio; luego esa disposición del cuerpo es una razón objetiva que inclina la voluntad de Dios a querer aquí y ahora crear el alma. Pero esto se ve todavía más claramente en el orden moral: Dios quiere dar lo que se le pide porque se le pide en virtud de una promesa hecha por él mismo; quiere también conferir el premio por razón de los méritos; luego esas cosas determinan objetivamente la voluntad de Dios a conceder el premio. Y esto aparece todavía más claro en la imposición de

illa punire. Determinare autem dicimus non inferendo necessitatem, sed quantum est ex se movendo et inclinando, ut D. Thomas loquitur 1, *Contra Gent.*, cap. 82.

4. Effugium. - Reicitur. Responderi solet ad haec et similia argumenta, recte probare unum effectum voluntatis esse causam alterius, non vero esse obiectivam rationem divinae voluntatis, quae uno simplicissimo actu vult unum esse propter aliud, aut esse dispositionem ad aliud, etc. Sed hoc nulla ratione satisfacere potest, quia haec causalitas unius effectus respectu alterius non est nisi media voluntate divina, inclinando illam ad talem effectum; ut verbi gratia, oratio est causa effectus postulati, non quia per se et immediate efficiat illum, ut per se constat, sed quia inclinat divinam voluntatem ad illum faciendum, quod Scriptura aliquando explicavit his verbis: *Obediente Deo voci hominis.* Et ex humanis intelligi potest: nam qui ab alio petit eleemosynam, in tantum est causa eleemosynae, in quantum inclinat voluntatem alterius, nec potest talis causalitas aliter intelligi. Et ita etiam explicat D. Thomas 2. 2, quaest. 83, art. 2. Idemque fere est in omni causalitate morali, qualis est in merito vel demerito et etiam in dispositione morali: ergo si Deus vult causalitatem illorum effectuum inter se, vult etiam ut in uno eorum, verbi gratia in merito, sit sufficiens ratio ob quam voluntas eius determinetur, saltem ordine executionis, ad volendum alium effectum.

5. Ratio a priori. Ratio autem a priori est, quia non solum non repugnat divinae perfectioni, verum etiam est maxime consentaneum et necessarium ad infinitam perfectionem eius. Prior pars constat primo exemplo scientiae, in qua hoc invenitur sine ulla imperfectione; secundo, quia unico simplicissimo actu potest Deus haec omnia velle sub quacumque ratione in ipsis rebus inventa et conformi divinae sapientiae. Unde etiam patet altera pars, quia ad perfectionem Dei spectat regulare, ut nostro modo

loquamur, suos actus liberos per suam divinam sapientiam, ut recte dixit D. Thomas, 1 part., quaest. 21, art. 3. Pertinet etiam ad perfectionem Dei iustitiam distributivam aut punitivam, fidelitatem, misericordiam, liberalitatem et similes virtutes in suis liberis actibus exercere. Haec autem fieri non possunt nisi consideratis in obiectis variis conditionibus et rationibus eorum, quae hunc vel illum modum voluntatis postulent; et hoc ipsum significamus dicendo in obiectis ipsis reperiri aliquas rationes divinarum voluntatum. Neque in hac veritate aliquam difficultatem invenio: nam haec non est vera causalitas, ut repugnet Deo, sed est conditio praesupposita ex parte obiecti, quae nihil repugnat, quia talis conditio non supponitur absolute ad omnem Dei voluntatem, sed una supponitur ad aliam ratione distinctam.

6. Ex dictis collectio. - In divina voluntate exequente potest dari causa praedestinationis. - Quae maneant sub controversia. Ex his ergo principiis in praesenti materia concludimus necessarium esse inquirere, an divinae praedestinationis ex parte divinae voluntatis vel praescientiae, ut terminatae ad praedestinationis effectus, detur aliqua causa quae sit ratio obiectiva ex parte hominis. In qua quaestione omnes theologi videntur sentire in ordine ad divinam voluntatem exequentem saepe posse dari rationem praedestinationis, quia potest dari causa aliquorum effectuum praedestinationis, qui non fiunt nisi per divinam voluntatem ut ad ipsos terminatam; ergo illa eadem causa gloriae vel gratiae, id est meritum gloriae vel dispositio ad gratiam, erit ratio voluntatis divinae prout determinatur ad illas praestandas. Atque hoc sensu dixit Augustinus, lib. 1 ad Simplicianum, quaest. 2, aliquam electionem aeternam ad gloriam esse ex praescientia meritorum. Sic etiam dispositio ultima ad gratiam a Deo praevisa fuit ratio ob quam ab aeterno decreverit gratiam iustificantem infundere, et sic de

las penas, que Dios no quiere por sí mismo, sino provocado por nosotros, como dice san Juan Damasceno en *De Fide*, libro 2, caps. 29 y 30. Luego los deméritos del hombre determinan objetivamente la voluntad de Dios a querer castigarlos. Decimos "determinar" no en el sentido de imponer necesidad, sino en cuanto de suyo mueve e inclina, como habla santo Tomás en *Contra Gentiles*, libro 1, cap. 82.

4. Una salida aparente. - Se rechaza. Suele responderse a estos y parecidos argumentos que prueban correctamente que un efecto de la voluntad es causa de otro, pero no que sea razón objetiva de la voluntad divina, la cual con un solo acto simplísimo quiere que una cosa sea por otra, o sea disposición para otra, etc. Pero esto no satisface de ningún modo, porque esa causalidad de un efecto respecto de otro no existe sino por medio de la voluntad divina, inclinándola a tal efecto. Por ejemplo, la oración es causa del efecto pedido, no porque lo produzca por sí misma e inmediatamente, como es evidente, sino porque inclina la voluntad divina a realizarlo; algo que la Escritura expresó algunas veces con estas palabras: que Dios obedeció a la voz del hombre. También puede entenderse por analogía humana: quien pide limosna a otro es causa de la limosna en la medida en que inclina la voluntad del otro, y esa causalidad no puede entenderse de otro modo. Así lo explica también santo Tomás en la II-II, cuestión 83, artículo 2. Y casi lo mismo ocurre en toda causalidad moral, como la del mérito o del demérito, e incluso en la disposición moral. Luego, si Dios quiere la causalidad de esos efectos entre sí, quiere también que en uno de ellos, por ejemplo en el mérito, haya una razón suficiente por la cual su voluntad se determine, al menos en el orden de la ejecución, a querer el otro efecto.

5. Razón a priori. La razón a priori es que esto no solo no repugna a la perfección divina, sino que es plenamente conforme y necesario a su infinita perfección. La primera parte consta, en primer lugar, por el ejemplo de la ciencia, donde esto se encuentra sin ninguna imperfección; en segundo lugar, porque con un

aliis mediis quae possunt habere huiusmodi rationem. Duo vero manent sub controversia. Unum est, an in omnibus mediis praedestinationis possit inveniri aliqua huiusmodi ratio divinae voluntatis. Aliud est, an in illismet effectibus in quibus invenitur, sit haec prima ratio praedestinationis eorum, vel potius haec ipsamet causa proveniat ex alia priori praedestinatione talium effectuum: quae duo in sequentibus tractanda sunt.

CAPUT XXIII

AN EX PARTE HOMINIS ELECTI DARI POSSIT CAUSA VEL RATIO PRAEDESTINATIONIS SECUNDUM SE, SEU QUOAD LIBERAM DETERMINATIONEM AETERNI ACTUS

1. In quo sit praecipue difficultas. Principio supponendum est ex Durando in 1, d. 41, quaest. 2, quamvis sit disputatio inter auctores in quo actu intellectus vel voluntatis formaliter consistat praedestinatio; tamen cum agitur de causa praedestinationis secundum se, omnes convenire, dispositionem revocandam esse ad actum voluntatis. Et ratio est, quia praescientia intellectus de re absolute futura, solum per modum simplicis notitiae, sive sit per modum scientiae approbationis, sive, ut alii volunt, per modum imperii, semper supponit actum voluntatis; et illo supposito, non habet aliam rationem nisi aut veritatem rei futurae aut efficacitatem ipsius propositi. Et ideo, si propositum habet aliquam causam vel rationem ex parte hominis, eamdem habebit praedestinatio, prout est in intellectu. Si vero talis propositi nulla est causa ex parte hominis, iam resolutio ultima praedestinationis non fit in opus hominis, sed in propositum Dei. Denique, si praedestinationis potest dari aliqua ratio, maxime erit quatenus praedestinatio libera est Deo, et in

solo acto simplicísimo puede Dios querer todas estas cosas bajo cualquier razón que se encuentre en las mismas realidades y sea conforme a la sabiduría divina. De ahí se ve también la otra parte, porque pertenece a la perfección de Dios regular, por así decir según nuestro modo de hablar, sus actos libres por medio de su sabiduría divina, como dijo acertadamente santo Tomás en la primera parte, cuestión 21, artículo 3. Pertenece también a la perfección de Dios ejercer en sus actos libres la justicia distributiva o punitiva, la fidelidad, la misericordia, la liberalidad y virtudes semejantes. Pero esto no puede hacerse si no se consideran en los objetos diversas condiciones y razones que reclaman este o aquel modo de la voluntad; y eso mismo queremos decir cuando afirmamos que en los propios objetos se encuentran algunas razones de las voluntades divinas. Y en esta verdad no encuentro dificultad alguna, porque esto no es una causalidad verdadera que repugne a Dios, sino una condición presupuesta por parte del objeto, lo cual no presenta inconveniente alguno, ya que tal condición no se presupone absolutamente respecto de toda voluntad de Dios, sino que una se presupone respecto de otra, distinta por razón.

6. Conclusión sacada de lo dicho. - En la voluntad divina ejecutiva puede darse causa de la predestinación. - Qué cosas quedan en controversia. De estos principios concluimos, pues, en la presente materia, que es necesario investigar si, por parte de la voluntad divina o de la presciencia divina, en cuanto están terminadas a los efectos de la predestinación, se da alguna causa que sea razón objetiva por parte del hombre. En esta cuestión todos los teólogos parecen sentir que, en orden a la voluntad divina ejecutiva, muchas veces puede darse una razón de la predestinación, porque puede darse causa de algunos efectos de la predestinación, los cuales no se realizan sino por la voluntad divina en cuanto ordenada a ellos; luego esa misma causa de la gloria o de la gracia, es decir, el mérito de la gloria o la disposición para la gracia, será razón de la voluntad divina en cuanto se determina a concederlas. En este sentido dijo Agustín, en el libro 1 a Simpliciano, cuestión 2, que cierta

hoc invenitur aliquid quod sit ratio liberae determinationis Dei; libertas autem formaliter est in proposito voluntatis, quo posito cetera, quae ad intellectum pertinent, necessario consequuntur; ergo merito haec disputatio ad causam ipsius propositi revocatur.

2. Non est controversia de causa, quae fundari possit in opere ex liberi solius arbitrii viribus facto. Secundo suppono hic iam non esse quaestionem de causa quae fundari possit in opere naturali viribus solius liberi arbitrii facto; quia ostensum est tale opus non esse causam alicuius effectus gratiae; et ex hoc evidenter sequitur non esse causam praedestinationis, seu propositi Dei conferendi aliquem effectum gratiae. Haec illatio in superioribus est obiter demonstrata, et nunc breviter declaratur a contrario. Nam qui est causa praedestinationis, etiam est causa effectuum praedestinationis, quia ipsa praedestinatio est causa talium effectuum, et qui est causa causae est etiam causa effectuum eius. Quae causalitas, licet in naturalibus sit per accidens, in moralibus, de quibus agimus, est per se. Immo in praesenti materia vix potest alio modo habere locum causalitas, quia oratio vel meritum in tantum est causa alicuius effectus, in quantum impetrat vel inclinat divinam voluntatem ad illud faciendum. Prima autem et praecipua voluntas Dei est praedestinativa; ergo qui fuerit causa determinationis talis voluntatis, erit causa effectus eius; ergo ab opposito consequentis, quod non potest esse causa effectus praedestinati, multo minus potest esse causa effectus praedestinationis.

3. Atque hinc ulterius sequitur quaestionem hanc non habere locum etiam in opere ex gratia facto, respectu divini decreti, quatenus terminatum est ad dandam primam vocationem congruam; nullo enim modo potest tale opus esse causa vel ratio talis decreti seu determinationis eius. Probatur eodem argumento, quia ostensum est tale opus non posse esse causam

elección eterna para la gloria procede de la presciencia de los méritos. Del mismo modo, la disposición última para la gracia, prevista por Dios, fue razón por la cual decretó desde la eternidad infundir la gracia justificante; y lo mismo vale para otros medios que pueden tener este tipo de razón. Quedan, sin embargo, dos puntos en controversia. Uno es si en todos los medios de la predestinación puede encontrarse alguna razón semejante de la voluntad divina. El otro es si, en aquellos mismos efectos en que tal razón se encuentra, esa es la primera razón de su predestinación, o más bien esa misma causa procede de otra predestinación anterior de tales efectos. Estas dos cuestiones deben tratarse en lo que sigue.

CAPÍTULO XXIII

SI POR PARTE DEL HOMBRE ELEGIDO PUEDE DARSE CAUSA O RAZÓN DE LA PREDESTINACIÓN EN SÍ MISMA, ES DECIR, EN CUANTO A LA LIBRE DETERMINACIÓN DEL ACTO ETERNO

1. En qué consiste principalmente la dificultad. Ante todo hay que suponer, siguiendo a Durando en 1, dist. 41, cuestión 2, que aunque entre los autores se discute en qué acto del entendimiento o de la voluntad consiste formalmente la predestinación, sin embargo, cuando se trata de la causa de la predestinación en sí misma, todos convienen en que la cuestión debe reconducirse al acto de la voluntad. La razón es que la presciencia del entendimiento acerca de una cosa futura, ya sea como simple conocimiento, ya sea como ciencia de aprobación, o incluso, como otros quieren, a modo de imperio, siempre presupone un acto de la voluntad; y supuesto ese acto, no tiene otra razón que o bien la verdad de la cosa futura, o bien la eficacia del mismo propósito. Por eso, si el propósito tiene alguna causa o razón por parte del hombre, la tendrá también la predestinación, en cuanto está en el entendimiento. Pero si ese propósito no tiene ninguna causa por parte del hombre, entonces la resolución última de la

huius effectus, scilicet vocationis; ergo nec potest esse causa praedestinationis eius. Quae ratio, ut hoc obiter advertam, non solum probat de illa vocatione prout datur praedestinato, sed etiam prout saepe datur reprobo: nam etiam illi datur ex proposito aeterno Dei, quod propositum necesse est esse omnino gratuitum sine fundamento in aliquo opere futuro vel praeviso in tali reprobo ex tali vocatione. Quia per tale opus non potest quispiam mereri talem vocationem, ergo multo minus mereri potest praeparationem seu propositum dandi illam. Immo ulterius potest hoc ipsum applicari ad propositum dandi vocationem sufficientem, licet congrua non sit, quia etiam illa est donum quod sub nullum meritum cadit.

4. Prima opinio. His positis, sunt in hac quaestione variae opiniones, quae licet in modo loquendi de causa praedestinationis in re parum differant, in fundamento principali multum conveniunt. Multi ergo nomine praedestinationis solum intelligunt electionem ad gloriam, seu efficacem Dei voluntatem dandi alicui gloriam. Ex quo principio aliqui absolute dicunt in omnibus praedestinatis praecedere causam aliquam a Deo praevisam, ob quam voluntas divina determinatur ad praedestinandos illos. Ita sentit Guillelmus de Rubione in 1, dist. 41, quaest. 1, art. 1 et 2, et Major, dist. 40, q. 2, et Osorius, lib. 9 *De Iustitia*. Alii vero in quibusdam singulariter praelectis a Deo non admittunt causam praedestinationis, quia Deus ex se et ante omnem causam in eis praevisam decrevit absolute eis dare gloriam; credunt tamen hos esse in parvo numero, comparatione ad ceteros omnes qui salvantur. Unde, illis tantum exceptis, in ceteris omnibus aiunt dari causam praedestinationis. Et haec fuit opinio Ocham et Gabrielis, in 1, dist. 41, quaest. 1. A quibus nihil re ipsa discrepat Catherinus, lib. 1 *De Praedestinatione Dei*, cap. ultimo, et lib. 3, cap. 4 et 2. Sed differt in modo loquendi, quia ille non vocat praedestinationem omnem voluntatem efficacem Dei dandi alicui gloriam, sed tunc solum

predestinación no recae en la obra del hombre, sino en el propósito de Dios. Finalmente, si puede darse alguna razón de la predestinación, será sobre todo en cuanto la predestinación es libre para Dios, y en eso se encuentra algo que puede ser razón de la libre determinación de Dios. Pero la libertad está formalmente en el propósito de la voluntad, y una vez puesto este, todo lo demás que pertenece al entendimiento se sigue necesariamente. Por tanto, con razón esta discusión se reconduce a la causa del mismo propósito.

2. No se trata aquí de una causa que pueda fundarse en una obra realizada con las solas fuerzas del libre albedrío. En segundo lugar, supongo que aquí ya no se trata de una causa que pueda fundarse en una obra natural hecha con las solas fuerzas del libre albedrío, porque ya se ha mostrado que tal obra no es causa de ningún efecto de la gracia. Y de ahí se sigue con evidencia que tampoco es causa de la predestinación, es decir, del propósito de Dios de conceder algún efecto de gracia. Esta consecuencia se ha demostrado de paso en lo anterior, y ahora se declara brevemente por vía contraria. Pues quien es causa de la predestinación, también es causa de los efectos de la predestinación, porque la misma predestinación es causa de tales efectos, y quien es causa de la causa, también es causa de sus efectos. Esta causalidad, aunque en las cosas naturales sea accidental, en las morales, de las que aquí tratamos, es esencial. Más aún, en la presente materia difícilmente puede tener lugar la causalidad de otro modo, porque la oración o el mérito es causa de algún efecto en la medida en que impetra o inclina la voluntad divina a realizarlo. Pero la primera y principal voluntad de Dios es la predestinante; luego quien sea causa de la determinación de tal voluntad será causa de su efecto. Por tanto, por la imposibilidad del consecuente, quien no puede ser causa del efecto predestinado, mucho menos puede ser causa del efecto de la predestinación.

3. De aquí se sigue además que esta cuestión tampoco tiene lugar respecto de una obra hecha con gracia, si se considera el decreto divino en cuanto ordenado a dar la primera vocación congrua, porque de ningún modo

quando Deus ex se et sine praescientia meritorum habet talem voluntatem. Putat enim in nomine praedestinationis illam particulam *prae* dicere non solum antecessionem aeternitatis ad tempus, sed etiam prioritatis, secundum rationem in signis aeternitatis, voluntatis ad scientiam Dei. Et ita, inquit, voluntatem efficacem Dei dandi alicui gloriam esse destinationem; tunc autem esse praedestinationem, quando illa voluntas antecedit praescientiam meritorum. Unde quoad modum loquendi negat dari in praedestinatis causam ex parte eorum ob quam Deus eos praedestinaverit, quia per illam particulam *prae*, dicto modo expositam, talis causa excluditur. Ait tamen consequenter, in quo loquendi modo valde erravit, quam plurimos salvari, licet praedestinati non sint; unde etiam de illis negare posset dari causam praedestinationis, quia quod non est, non habet causam: in illis autem, ut putat, non praecedit praedestinatio. At in re concedit in omnibus illis dari causam ex parte eorum, ob quam Deus vult efficaciter eos salvare, eosque eligit et ab aeterno efficaciter destinat ad gloriam.

5. Alia opinio. Alii vero doctores praedestinationem appellant voluntatem dandi non tantum gloriam, sed simul gratiam sanctificantem cum dono perseverantiae usque ad beatitudinis consecutionem; nolunt tamen sub praedestinatione comprehendi primum gratiae auxilium seu primam vocationem, etiamsi congrua sit in ordine ad proximum effectum eius, sive fidei, sive poenitentiae, sive primae iustitiae aut cuiuscumque temporalis gratiae et sanctitatis, quia hi effectus inveniri possunt in reprobis; unde non proveniunt ex praedestinatione, sed ex generali providentia. Quo principio supposito, docent dari causam praedestinationis ex parte omnium qui salvantur, quia Deus non vult efficaciter dare alicui gloriam, donec praevideat illum perseveraturum in gratia usque ad finem vitae; nec vult dare illi perseverantiae donum, donec videat

puede tal obra ser causa o razón de tal decreto o de su determinación. Se prueba con el mismo argumento: ya se ha mostrado que tal obra no puede ser causa de ese efecto, a saber, de la vocación; luego tampoco puede ser causa de su predestinación. Y esta razón, conviene advertirlo de paso, no solo prueba esto respecto de esa vocación en cuanto se da al predestinado, sino también en cuanto muchas veces se da al réprobo; pues también a este se le da por un propósito eterno de Dios, y ese propósito necesariamente ha de ser completamente gratuito, sin fundamento en alguna obra futura o prevista en tal réprobo a partir de esa vocación. Porque por tal obra nadie puede merecer tal vocación; luego mucho menos puede merecer la preparación o propósito de darla. Más aún, esto mismo puede aplicarse al propósito de dar una vocación suficiente, aunque no sea congrua, porque también ella es un don que no cae bajo mérito alguno.

4. Primera opinión. Supuesto esto, hay en esta cuestión varias opiniones que, aunque difieren poco en la manera de hablar sobre la causa de la predestinación, coinciden mucho en el fundamento principal. Muchos entienden por predestinación solamente la elección para la gloria, es decir, la voluntad eficaz de Dios de dar a alguien la gloria. Partiendo de este principio, algunos afirman de manera absoluta que en todos los predestinados precede alguna causa prevista por Dios, por la cual la voluntad divina se determina a predestinarlos. Así piensa Guillermo de Rubione en 1, dist. 41, cuestión 1, artículos 1 y 2; también Mayor, dist. 40, q. 2; y Osorio, libro 9 de *De Iustitia*. Otros, en cambio, no admiten causa de la predestinación en algunos particularmente escogidos por Dios, porque Dios decidió por sí mismo y antes de toda causa prevista en ellos darles absolutamente la gloria; pero creen que estos son pocos en comparación con todos los demás que se salvan. Por eso, exceptuados solo esos, dicen que en todos los demás sí se da causa de la predestinación. Esta fue la opinión de Ockham y Gabriel en 1, dist. 41, cuestión 1. De ellos no discrepa en realidad Catherino, en el libro 1 *De Praedestinatione Dei*, capítulo último, y libro 3, capítulos 4 y 2. Pero difiere en la manera de

illum bene utentem prioribus gratiae donis; et tunc praedestinat illum, quando hanc perseverantiam usque ad gloriam illi dare vult. Hanc sententiam videtur docuisse Bonaventura in 1, d. 41, art. 1 et 2, quamvis subobscure; et eodem modo illam indicat Alensis, 4 part., quaest. 28, memb. 3, art. 3, et Albertus, in dist. 41, art. 2, iunct. 3. Non potest autem haec sententia accommodari infantibus, ut Bonaventura etiam intellexit, quia in eis nullus usus gratiae praevidetur; et ideo in illis necessario dici debet non dari causam praedestinationis ex parte illorum. Procedit ergo haec sententia in solis adultis; cumque in eis non detur causa meritoria de condigno respectu doni perseverantiae, sed tantum de congruo, et respectu beatitudinis detur meritum de condigno, necesse est ut, cum causam praedestinationis admittunt, absolute loquantur de dispositiva vel impetratoria aut meritoria, abstrahendo a merito de congruo vel de condigno.

6. Tertia opinio. Alii praeterea doctores, nomine praedestinationis intelligentes voluntatem Dei efficacem, seu absolutum decretum dandi homini gratiam et gloriam, sub gratia comprehendendo omnem gratiam a prima vocatione usque ad ultimum auxilium datum ad perseverandum in gratia usque ad terminum vitae, docent non dari causam ex parte hominis praedestinati, nec rationem aliquam ob quam Deus habeat tale decretum erga illum. Inter hos autem doctores est quaedam diversitas. Nam quidam in illo decreto admittunt virtute contineri plura decreta ratione distincta per obiecta et beneficia gratiae ad quae terminantur. Sic enim Paulus ad Rom. 8 sub uno simplici praedestinationis nomine solum hoc negotium comprehendit, dicens: *Quos praescivit, et praedestinavit, conformes fieri imaginis Filii sui.* Postea vero singula quae in illa praedestinatione continentur distinguit, dicens: *Quos autem praedestinavit, hos et vocavit; et quos vocavit, hos et iustificavit.* Existimant vero iidem auctores eumdem ordinem rationis

hablar, porque él no llama predestinación a toda voluntad eficaz de Dios de dar a alguien la gloria, sino solo cuando Dios tiene tal voluntad por sí mismo y sin presciencia de méritos. Piensa, en efecto, que en el nombre de predestinación la partícula *prae* no indica solo anterioridad de la eternidad respecto del tiempo, sino también prioridad, según razón, en los signos de la eternidad, de la voluntad respecto de la ciencia de Dios. Y así, dice, la voluntad eficaz de Dios de dar a alguien la gloria es "destinación"; pero es "predestinación" cuando esa voluntad antecede a la presciencia de los méritos. Por eso, en cuanto al modo de hablar, niega que en los predestinados se dé una causa por parte de ellos por la cual Dios los haya predestinado, porque esa partícula *prae*, entendida de ese modo, excluye tal causa. Sin embargo, añade de manera consecuente, aunque erró gravemente en esa forma de hablar, que muchísimos se salvan aunque no estén predestinados; por eso también podría negar que en ellos se dé causa de predestinación, porque lo que no existe no tiene causa; y en ellos, según piensa, no precede predestinación. Pero en la realidad concede que en todos ellos se da una causa por parte de ellos, por la cual Dios quiere eficazmente salvarlos, los elige y los destina eficazmente desde la eternidad a la gloria.

5. Otra opinión. Otros doctores llaman predestinación a la voluntad de dar no solo la gloria, sino también, juntamente, la gracia santificante con el don de la perseverancia hasta alcanzar la bienaventuranza. Sin embargo, no quieren que bajo la predestinación se comprenda la primera ayuda de la gracia o primera vocación, aunque sea congrua en orden a su efecto próximo, ya sea la fe, la penitencia, la primera justificación o cualquier gracia y santidad temporal, porque estos efectos pueden encontrarse también en los réprobos; por eso no proceden de la predestinación, sino de la providencia general. Supuesto este principio, enseñan que sí hay causa de la predestinación por parte de todos los que se salvan, porque Dios no quiere dar eficazmente la gloria a alguien hasta prever que este perseverará en la gracia hasta el fin de la vida; ni quiere darle el don de la perseverancia hasta ver que usa bien

servari inter illa decreta, quem re ipsa servant effectus ipsi inter se, seu obiecta talium decretorum. Ita ut, sicut vocatio est prior iustificatione, ita etiam Deus prius ratione voluerit dare vocationem quam iustificationem, et prius decreverit iustitiam infundere in tali gradu quam decreverit dare tale augmentum vel perseverantiam in illa, et prius hoc statuerit quam de beatitudine conferenda praefinierit, de quo volunt esse ultimum praedestinationis decretum. Unde tandem concludunt, si de singulis his decretis ratione distinctis loquamur, primi quidem non dari causam ex parte hominis, quia ante illud decretum nihil potest praecedere quod sit eius causa; quidquid autem ex illo vel post illud sequitur, non potest esse illius causa, quod totum in superioribus satis probatum est. At ceterorum omnium decretorum aiunt posse dari causam ex parte hominis, vel dispositivam vel impetratoriam vel meritoriam de congruo vel de condigno, respective. Ratio est, quia quodlibet decretum posterius secundum rationem supponit praevisum effectum aliquem liberi arbitrii iam excitati et adiuti supernaturaliter per effectum primi decreti: nam decretum de iustificando hominem supponit praevisam dispositionem eius, conceptam per vocationem datam per primum decretum et per auxilium concomitans talem vocationem, et sic de ceteris consequenter; nec alium ordinem inter haec divina decreta admittunt. Unde fit ut in rigore solum primum decretum sit mere gratuitum, reliqua vero sint ex aliquo merito hominis in priori gratia fundato et a Deo iam praeviso.

7. Obiectio contra dictam sententiam. Quod si obiciatur, quia hinc sequitur dari causam ex parte hominis praedestinationis eius, quia praedestinatio maxime consistit in decreto dandi gloriam et sanctitatem perpetuam et numquam amittendam, ut ex ad Ephes. 1 colligitur, respondet Turrianus, opusc. *De Electione*, suo modo accommodando praedestinationis nomen. Nam interdum, ait, significat

los dones anteriores de la gracia; y entonces lo predestina, cuando quiere darle esa perseverancia hasta la gloria. Parece que san Buenaventura enseñó esta opinión en 1, dist. 41, art. 1 y 2, aunque de manera algo oscura; y en el mismo sentido la indican Alejandro de Hales, en la cuarta parte, cuestión 28, miembro 3, artículo 3, y Alberto Magno, en la distinción 41, artículo 2, unión 3. Sin embargo, esta opinión no puede aplicarse a los niños, como también entendió Buenaventura, porque en ellos no se prevé ningún uso de la gracia; por eso necesariamente ha de decirse que en ellos no hay causa de la predestinación por parte suya. Así pues, esta opinión vale solo para los adultos; y como en ellos no se da causa meritoria *de condigno* respecto del don de la perseverancia, sino solo *de congruo*, mientras que respecto de la bienaventuranza sí se da mérito *de condigno*, es necesario que, cuando admiten causa de la predestinación, hablen en general de causa dispositiva, impetratoria o meritoria, abstrayendo del mérito *de congruo* o *de condigno*.

6. Tercera opinión. Otros doctores, además, entendiendo por predestinación la voluntad eficaz de Dios, o el decreto absoluto de dar al hombre la gracia y la gloria, comprendiendo bajo el nombre de gracia toda gracia, desde la primera vocación hasta la última ayuda dada para perseverar en la gracia hasta el término de la vida, enseñan que no se da causa por parte del hombre predestinado, ni razón alguna por la cual Dios tenga tal decreto respecto de él. Sin embargo, entre estos doctores hay cierta diversidad. Algunos admiten que en ese decreto están contenidos virtualmente varios decretos distintos por razón, según los objetos y beneficios de gracia a los que se ordenan. Así, san Pablo, en Romanos 8, comprende bajo el único y simple nombre de predestinación todo este asunto, cuando dice: *A los que conoció de antemano, también los predestinó a ser conformes a la imagen de su Hijo*. Pero después distingue cada una de las cosas contenidas en esa predestinación, diciendo: *Y a los que predestinó, a esos también llamó; y a los que llamó, a esos también justificó*. Estos autores estiman además que entre esos decretos se guarda el mismo orden de razón que

tantum decretum efficax dandi gloriam, quae in libro *De Praedestinatione et Gratia* Augustino attributo, cap. 3, vocatur praedestinatio gloriae et remunerationis. Aliquando vero significat decretum dandi gratiam perseverantem et stabilem, iuxta illud ad Ephes. 1: *Qui praedestinavit nos in adoptionem filiorum per Iesum Christum.* Qua distinctione supposita, ait Turrianus, praedestinationis ad gloriam dari causam ex parte hominis, ut probat obiectio facta, non vero praedestinationis ad gratiam. Qui auctor in re nihil differt a Gabriele et aliis, quos in num. 4 retuli, sed solum in usu illius vocis. Et praeterea consequenter loquendo, posset et deberet distinguere praedestinationem ad gratiam sanctificantem et ad gratiam vocantem, et admittere causam respectu prioris, et maxime respectu praedestinationis ad perseverantem et stabilem sanctitatem usque ad mortem, quia illa, iuxta hanc sententiam, non praedestinatur nisi post praevisum aliquod meritum hominis, saltem de congruo; vel certe, secundum alios, non praefinitur absolute ante praevisam totam liberam cooperationem hominis, per quam cum effectu perseverandum est. Relinquitur ergo ut, iuxta hanc sententiam et divisionem, solius praedestinationis ad primam vocationem congruam non detur causa ex parte hominis.

8. Alii vero, quibus haec distinctio necessaria non videtur et ideo illa uti nolunt, respondent simpliciter negando sequelam, quia praedestinatio simpliciter dicta non significat unum aliquod singulare decretum Dei, prout a nobis ratione distinguitur a reliquis, sed significat quasi collectionem omnium illorum decretorum, a decreto vocationis usque ad decretum gloriae absolutum et efficax. Huius autem collectionis non datur causa ex parte hominis, cum non detur causa illius primi decreti, quod est quasi fundamentum ceterorum. Ideoque simpliciter negandum esse dicunt dari causam praedestinationis, licet facile admittant dari causam

guardan en la realidad los efectos mismos entre sí, o sea, los objetos de tales decretos. De modo que, así como la vocación es anterior a la justificación, así también Dios habría querido antes, según razón, dar la vocación que la justificación; y habría decretado antes infundir la justicia en tal grado que dar tal aumento o perseverancia en ella; y habría establecido esto antes que determinar dar la bienaventuranza, acerca de la cual sostienen que es el último decreto de la predestinación. De ahí concluyen finalmente que, si hablamos de cada uno de estos decretos distintos por razón, del primero ciertamente no puede darse causa por parte del hombre, porque antes de ese decreto no puede preceder nada que sea su causa; y cuanto sigue de él o después de él, no puede ser causa suya, cosa ya suficientemente probada antes. Pero de todos los demás decretos dicen que puede darse causa por parte del hombre, ya sea dispositiva, impetratoria, o meritoria *de congruo* o *de condigno*, según el caso. La razón es que cualquier decreto posterior según razón presupone algún efecto previsto del libre albedrío ya movido y ayudado sobrenaturalmente por el efecto del primer decreto: así, el decreto de justificar al hombre presupone su disposición prevista, formada por la vocación dada por el primer decreto y por la ayuda concomitante a esa vocación; y así sucesivamente con los demás. Y no admiten otro orden entre esos decretos divinos. De ahí resulta que, en rigor, solo el primer decreto es puramente gratuito, mientras que los demás proceden de algún mérito del hombre fundado en una gracia anterior y ya previsto por Dios.

7. Objeción contra esta opinión. Si se objeta que de ahí se sigue que hay causa de su predestinación por parte del hombre, porque la predestinación consiste sobre todo en el decreto de dar la gloria y una santidad perpetua e inamisible, como se deduce de Efesios 1, responde Turriano, en su opúsculo *De Electione*, adaptando a su manera el nombre de predestinación. Dice, en efecto, que a veces significa solamente el decreto eficaz de dar la gloria, lo que en el libro *De Praedestinatione et Gratia*, atribuido a Agustín, cap. 3, se llama predestinación de la gloria y de la recompensa.

electionis ad gloriam, vel ad unam aut alteram gratiam, quae aliam gratuitam electionem ad priorem gratiam supponat. Putantque huius sententiae defensores hanc fuisse mentem Augustini et D. Thomae, imo et debere esse auctorum omnium qui fatentur dari posse ex parte hominis causam omnium gratiarum et effectuum praedestinationis usque ad ipsam gloriam, praeterquam primae vocationis seu primae gratiae auxiliantis. Quia sicut nos supra dicebamus, bene sequi negative: non datur causa effectus talis gratiae, ergo nec datur causa praedestinationis ut terminatae ad talem effectum; ita putant recte sequi affirmative: datur causa talis effectus gratiae ac praedestinationis, ergo etiam datur causa praedestinationis ut terminatae ad talem gratiam, quae proprius vocatur electio ad tale donum gratiae vel gloriae.

27. Tertia assertio stabilitur. — Hæc assertio communi doctrinæ conciliatur. — Hinc ergo tandem concluditur et dicitur tertio: non solum non dari causam vel rationem ex parte hominis totius prædestinationis quoad decretum prædefinitivum voluntatis Dei, prout terminatum ad omnes effectus prædestinationis sive distributive sive collective, verum etiam neque dari talem causam in ordine ad actum illum ut terminatum ad aliquem effectum prædestinationis. Hæc videri potest contra communem doctrinam, quæ habet non dari causam prædestinationis quoad totam collectionem effectuum, idque potissimum ratione primi effectus; tamen dari posse in ordine ad singulos effectus

25. Diferencia entre Jacob y Esaú, y entre vasijas de ira y de misericordia, significada por los Padres. — Por último, hay que observar que algunos de los Padres antiguos, especialmente Crisóstomo y los griegos, Ambrosio (si los comentarios a Pablo son suyos) y Jerónimo, indican que esta diferencia entre Jacob y Esaú, y entre vasijas de ira y de misericordia, aunque se hizo antes de sus méritos, se mandó ejecutar en el tiempo, pero no sin presciencia de los méritos. Esta interpretación o no debe admitirse, o debe explicarse de una presciencia no antecedente, sino consecuente a la elección divina. Primero, porque de otro modo la admiración de Pablo sería sin causa: ¿qué misterio hay en que la dilección de Dios preceda en la eternidad a las obras del hombre? El misterio es, pues, que antes de los méritos (incluso previstos) amó a uno y no a otro, como rectamente pondera Agustín (Epist. 105 y en muchos otros lugares). Asimismo, ¿por qué Pablo responde *Tú quién eres para responder a Dios*, cuando fácilmente podría dar razón por las obras previstas? Además, ¿cómo sería verdadero aquello de *No es del que quiere… sino de Dios que se compadece*, que Agustín (De div. qu. 2 ad Simplicianum) declara rectamente que debe entenderse como que es solo de Dios que se compadece? Pues lo confirman las palabras siguientes: *Misericordia tendré de quien tendré misericordia*. Si esa misericordia fuera por obras previstas, ya no sería solo de Dios. Asimismo, por eso dijo absolutamente *no por las obras*. Finalmente, de otro modo no se formarían las vasijas de la misma masa, porque por las obras tendrían diversidad y distinta disposición; y por eso Pablo atribuye todo al poder y voluntad del alfarero, lo cual necesariamente debe entenderse en cuanto a la disposición y preparación eterna por parte de Dios. Pues en la ejecución es verdad que esta diferencia no se hace sin diversidad de méritos. Pero como estos se dan y se siguen de la gratuita predestinación, por eso todo se atribuye a la misericordia de Dios.

26. Se da la razón de la aserción. — La razón de la aserción debe tomarse finalmente del principio puesto arriba: que la dilección a la gloria antecede a todos los

et ad omnes usque ad ultimum, præter primum. Sed revera non est assertio huic doctrinæ contraria, nam hæc intelligitur de executione prædestinationis; assertio vero de præparatione ex parte voluntatis Dei. Sicut enim in gloria duo distinguimus, scilicet collationem gloriæ et præparationem ex parte Dei per actum efficacis dilectionis, quæ se habet per modum intentionis respectu mediorum (licet vocetur electio comparatione personarum non sic dilectarum), ita illa duo distinguimus in collatione gratiæ et singularum gratiarum inter se subordinatarum. Unde sicut non datur causa prædestinationis ad gloriam, licet detur ipsius gloriæ, ita non datur causa prædestinationis ad perseverandum in gratia, licet detur aliqua impetratio vel alia causa similis talis effectus. Est enim eadem proportionalis ratio, quia sicut gloria est prima in intentione, per quam suo modo prædestinatur seu prædefinitur, ita sanctificatio est prior in intentione quam dispositio vel meritum illius; et ipsa dispositio est prior in eodem ordine intentionis quam vocatio ad illam, et sic de ceteris: ergo est eadem ratio.

28. Fundamentum. — Quod facile declaratur et probatur inductione quadam, sive incipiamus a vocatione et procedamus usque ad glorificationem, sive e converso. Nam imprimis propositum, quod Deus habuit dandi homini vocationem primam congruam, non habuit fundamentum in meritis hominis, ut omnes convenimus. Hinc vero sequitur etiam propositum æternum, quo Deus primo decrevit dare huic homini actum fidei, non fuisse ex merito præviso ejusdem ordinis, quia tale meritum debuisset in fide fundari, quia ante fidem non est meritum; in fide autem fundari non potuit, quia ipsa fides manat ex proposito dandi fidem, non e converso. Idemque cum proportione est de ceteris actibus supernaturalibus, qui sunt media efficacia per quæ prædestinatus salvatur. Quo in loco supponit Deum prædefinisse hos actus in seipsis per absolutum decretum, non tantum ex æternitate, sed etiam prius ratione,

medios de la predestinación como intención eficaz del fin. De donde se sigue abiertamente que la predestinación a la gloria misma no tiene causa por parte del predestinado, puesto que ninguna presciencia absoluta de méritos la antecede. Luego, por fuerza de esta intención se preparan todos los medios congruos; por tanto, también la predestinación de aquellos antecede a la presciencia absoluta de ellos; luego, etc. Y contra esta verdad no surge ninguna dificultad nueva aparte de las que pertenecen a la reprobación o a la concordia entre predestinación y libre albedrío, de las que se hablará más abajo.

27. Se establece la tercera aserción. — Esta aserción se concilia con la doctrina común. — De aquí, pues, se concluye finalmente y se dice en tercer lugar: no solo no se da causa o razón por parte del hombre de toda la predestinación en cuanto al decreto predefinitorio de la voluntad de Dios (en cuanto terminado a todos los efectos de la predestinación, sea distributiva o colectivamente), sino que ni siquiera se da tal causa en orden al acto mismo en cuanto terminado a algún efecto de la predestinación. Esto puede parecer contra la doctrina común, que sostiene que no se da causa de la predestinación en cuanto a toda la colección de efectos (y esto principalmente por razón del primer efecto), pero que sí puede darse en orden a los efectos singulares y a todos hasta el último, excepto el primero. Pero en realidad esta aserción no es contraria a esa doctrina, porque aquella se entiende de la ejecución de la predestinación, mientras que esta aserción se refiere a la preparación por parte de la voluntad de Dios. Pues así como en la gloria distinguimos dos cosas (la colación de la gloria y la preparación por parte de Dios mediante el acto de dilección eficaz, que se comporta a modo de intención respecto a los medios, aunque se llame elección en comparación con las personas no así amadas), así distinguimos esas dos cosas en la colación de la gracia y de las gracias singulares subordinadas entre sí. Por tanto, así como no se da causa de la predestinación a la gloria, aunque se dé de la gloria misma, así tampoco se da causa de la predestinación a perseverar en la gracia, aunque se dé alguna

quam in eadem æternitate præsciret illos esse absolute futuros. Quod verum esse magisque consentaneum perfectioni divinæ providentiæ in libro tertio *De Auxiliis* ostendimus. Non potest autem hoc sustineri juxta contrariam sententiam, quæ necessario dicere cogitur Deum ex se non prædefinisse absolute hos actus, sed voluntate antecedenti illos optasse et dedisse media de se accommodata ut fierent, ac tandem prævidisse liberum arbitrium ad illos fore cooperaturum, et tunc quasi approbasse seu acceptasse illos. Atque ita non esse hominem prædestinatum ad habendam fidem vel contritionem nisi jam provisa ejus cooperatione etiam ut absolute futura; atque adeo tales actus non esse futuros quia præfiniti sunt, sed potius quia sunt futuri ideo esse præfinitos absolute in seipsis. Quæ omnia nobis non probantur, nec videntur satis consentanea Scripturæ et Augustino, ut citato loco *De Auxiliis* et in primo hujus operis libro ostendere conati sumus.

29. Propterea idem sentimus de infusione gratiæ et aliorum supernaturalium habituum, et de perseverantia in illa usque ad finem vitæ. Quamvis enim in tempore Deus infundat hanc gratiam disponenti se, et quia se disponit cum auxilio, tamen non ita ex æternitate prædestinavit, sed potius e contrario: quia Deus prædestinavit sanctificare hunc hominem jam adultum in tali statu, tempore, etc., ideo præordinavit etiam dare illi dispositionem sanctificationi accommodatam. Atque ita, licet consecutio justitiæ sit ex dispositione, tamen prædestinatio justitiæ non est ex dispositione prævisa, sed potius est origo talis dispositionis. Et simili modo, quia Deus voluit ut homo prædestinatus præsentem vitam in gratia finiret, ideo illi præparavit per absolutum decretum et gratiam ipsam, et media congrua ad perseverandum infallibiliter in ipsa pro aliquo tempore usque ad mortem. Quod si fortasse homo mereatur de congruo tale perseverantiæ donum, illud meritum non est causa, sed potius effectus prædestinationis hominis ad

impetración u otra causa semejante de tal efecto. Pues hay la misma razón proporcional: porque así como la gloria es primera en la intención (por la cual a su modo es predestinada o predefinida), así la santificación es anterior en la intención que la disposición o mérito de ella; y la misma disposición es anterior en el mismo orden de intención que la vocación a ella, y así de los demás. Por tanto, es la misma razón.

28. Fundamento. — Lo cual se declara y prueba fácilmente mediante cierta inducción, ya empecemos desde la vocación y procedamos hasta la glorificación, ya al contrario. Pues en primer lugar, el propósito que Dios tuvo de dar al hombre la primera vocación congrua no tuvo fundamento en los méritos del hombre, como todos convenimos. De aquí se sigue que también el propósito eterno por el que Dios decretó primero dar a este hombre el acto de fe no fue por mérito previsto del mismo orden, porque tal mérito debería fundarse en la fe (ya que antes de la fe no hay mérito), y en la fe no pudo fundarse porque la misma fe mana del propósito de dar la fe, y no al revés. Y lo mismo, proporcionalmente, ocurre con los demás actos sobrenaturales que son medios eficaces por los que el predestinado se salva. En este punto se supone que Dios predefinió estos actos en sí mismos mediante decreto absoluto, no solo desde la eternidad, sino también con prioridad de razón, antes de que en la misma eternidad previera que iban a ser absolutamente futuros. Que esto es verdadero y más conforme a la perfección de la divina providencia lo mostramos en el libro tercero *De Auxiliis*. Pero esto no puede sostenerse según la sentencia contraria, que necesariamente se ve obligada a decir que Dios no predefinió absolutamente estos actos por sí mismo, sino que con voluntad antecedente los deseó y dio medios de suyo acomodados para que se hicieran, y finalmente previó que el libre albedrío cooperaría a ellos, y entonces como que los aprobó o aceptó. Y así, el hombre no estaría predestinado a tener fe o contrición sino ya prevista su cooperación incluso como absolutamente futura; y por tanto tales actos no serían futuros porque fueron predefinidos, sino más bien porque son futuros, por eso fueron predefinidos

perseverandum in gratia, licet sit aliquo modo causa executionis, nam ideo Deus dedit homini tale meritum, quia prædestinaverat illum et ad perseverandum et ad obtinendum perseverantiæ donum per tale medium. Ac tandem eodem modo de gloria philosophamur: decrevit enim Deus ante omnia prædestinatum salvare et beatum efficere, et ideo cætera media a primo usque ad ultimum per certa et infallibilia decreta præparavit, ideoque nec prædestinationis ad gloriam causa dari potest ex parte prædestinati, licet glorificationis detur. Et ratio omnium est, quia ordo intentionis est prior ordine executionis, et prædestinatio, ut ad voluntatem spectat, in decretis pertinentibus ad ordinem intentionis posita est.

30. Quo sensu loquantur auctores in hac difficultate. — Quocirca, quando auctores dicere solent posse dari causam prædestinationis quoad singulos seu posteriores effectus ejus, non vero quoad totam collectionem seu primum effectum, loquuntur de effectibus tantum in executione consideratis, non vero secundum ordinem intentionis; seu (et in idem redit) loquuntur de illis effectibus quoad esse illorum, non vero quoad formalem eorum prædestinationem. Sic enim potius dicendum est non dari ex parte hominis causam dispositivam aut meritoriam præordinationis alicujus effectus prædestinationis, sed solum rationem finalem. Sicque prædestinari merita quia prædestinatur gloria; et præfiniri gratiam ut ab illa nascantur merita quæ prædestinata supponuntur, et sic de ceteris. Neque illatio illa, qua nonnulli moderni utuntur, bona est, scilicet: datur ex parte hominis causa meritoria alicujus effectus prædestinationis, ergo datur causa prædestinationis talis effectus seu divinæ electionis prout terminata ad talem effectum. Sicut non sequitur: datur meritum gloriæ, ergo datur meritum prædestinationis ad gloriam; quia (ut dixi) effectus in se seu in executione est quid posterius quam ejus prædestinatio; ex eo autem quod detur causa posterioris,

absolutamente en sí mismos. Todas estas cosas no nos convencen, ni nos parecen suficientemente conformes con la Escritura y con Agustín, como intentamos mostrar en el lugar citado de *De Auxiliis* y en el primer libro de esta obra.

29. Por eso sostenemos lo mismo respecto a la infusión de la gracia y de los demás hábitos sobrenaturales, y respecto a la perseverancia en ella hasta el fin de la vida. Aunque en el tiempo Dios infunde esta gracia al que se dispone, y porque se dispone con el auxilio, sin embargo no predestinó así desde la eternidad, sino más bien al contrario: porque Dios predestinó santificar a este hombre ya adulto en tal estado, tiempo, etc., por eso también preordenó darle la disposición acomodada a la santificación. Y así, aunque la consecución de la justicia sea por la disposición, sin embargo la predestinación de la justicia no es por la disposición prevista, sino que más bien es el origen de tal disposición. Y de modo semejante, porque Dios quiso que el hombre predestinado terminara la vida presente en gracia, por eso le preparó mediante decreto absoluto tanto la gracia misma como los medios congruos para perseverar infaliblemente en ella durante algún tiempo hasta la muerte. Y si acaso el hombre merece de congruo tal don de perseverancia, ese mérito no es causa, sino más bien efecto de la predestinación del hombre a perseverar en la gracia, aunque sea de algún modo causa de la ejecución; pues Dios dio al hombre tal mérito porque lo había predestinado tanto a perseverar como a obtener el don de la perseverancia por tal medio. Y finalmente, filosofamos del mismo modo acerca de la gloria: pues Dios decretó ante todo salvar y hacer bienaventurado al predestinado, y por eso preparó los demás medios desde el primero hasta el último mediante decretos ciertos e infalibles; por eso tampoco puede darse causa de la predestinación a la gloria por parte del predestinado, aunque se dé de la glorificación. Y la razón de todo es que el orden de intención es anterior al orden de ejecución, y la predestinación, en cuanto pertenece a la voluntad, está puesta en los decretos que pertenecen al orden de intención.

non sequitur dari etiam prioris, cum illamet causa possit originem ducere ex illo priori, sicut ex prædestinatione ad gloriam ducunt originem merita quæ sunt causa gloriæ.

31. Difficultas contra hanc sententiam. — Fit satis. — Solum superest difficultas in nostra sententia, quia prædestinatio dicit providentiam infallibilem mediorum, quibus electi certissime atque ita efficaciter, id est, cum effectu perducantur ad regnum cælorum. At talis providentia non potest esse infallibilis nisi supposita præscientia cooperationis liberæ hominis: quia sine illa non salvabitur homo, et consequenter nec media erunt efficacia sine illa: ergo non possunt infallibiliter præordinari nisi ex præscientia infallibili talis cooperationis: ergo cooperatio illa supponitur ut conditio necessaria ad prædestinationem illius effectus qui per illam futurus est: ergo supponitur ut aliquale meritum prævisum, quod saltem de congruo possit esse causa unius vel alterius effectus prædestinationis. Respondeo: si argumentum esset validum, etiam procederet de prædestinatione quoad primam vocationem. Nam talis vocatio, ut cadit sub prædestinationem, præordinatur formaliter ut congrua seu efficax, et consequenter ut infallibiliter habitura effectum (quia in hoc respectu maxime distinguitur ordinatio prædestinationis a communi providentia): ergo etiam prædestinatio illius vocationis, ut talis esse possit, supponit præscientiam futuræ cooperationis liberæ, ut supra ostensum est: ergo idem inconveniens sequitur de illo primo effectu ut per prædestinationem ordinato, vel si de illo non sequitur, nec de aliis recte infertur.

32. Dicendum ergo est inde solum inferri supponi præscientiam conditionatam liberæ cooperationis, quæ non sufficit ut illa cooperatio sit ratio meritoria vel dispositiva, sed solum ut sit intenta per modum finis proximi respectu aliorum mediorum quæ ante illam præcedere debent in

30. En qué sentido hablan los autores en esta dificultad. — Por lo cual, cuando los autores suelen decir que puede darse causa de la predestinación respecto a los efectos singulares o posteriores de ella, pero no respecto a toda la colección o al primer efecto, hablan de los efectos solo considerados en la ejecución, no según el orden de intención; o (lo que viene a ser lo mismo) hablan de aquellos efectos en cuanto a su ser, no en cuanto a su formal predestinación. Pues así más bien debe decirse que no se da por parte del hombre causa dispositiva o meritoria de la preordenación de algún efecto de la predestinación, sino solo razón final. Y así se predestinan los méritos porque se predestina la gloria; y se predefine la gracia para que de ella nazcan los méritos que se suponen predestinados, y así de los demás. Tampoco es buena aquella inferencia que usan algunos modernos, a saber: se da por parte del hombre causa meritoria de algún efecto de la predestinación, luego se da causa de la predestinación de tal efecto o de la divina elección en cuanto terminada a tal efecto. Así como no se sigue: se da mérito de la gloria, luego se da mérito de la predestinación a la gloria; porque (como dije) el efecto en sí o en la ejecución es algo posterior a su predestinación; y de que se dé causa de lo posterior no se sigue que se dé también de lo anterior, puesto que esa misma causa puede tomar origen de aquel anterior, como de la predestinación a la gloria toman origen los méritos que son causa de la gloria.

31. Dificultad contra esta sentencia. — Se responde. — Solo queda una dificultad en nuestra sentencia, porque la predestinación implica una providencia infalible de medios por los cuales los elegidos sean conducidos con toda certeza y así eficazmente (es decir, con efecto) al reino de los cielos. Pero tal providencia no puede ser infalible si no se supone la presciencia de la cooperación libre del hombre; porque sin ella el hombre no se salvará, y consiguientemente los medios tampoco serán eficaces sin ella. Por tanto, no pueden preordenarse infaliblemente sino por la presciencia infalible de tal cooperación; luego esa cooperación se supone como condición necesaria para la predestinación de aquel efecto que ha de ser por ella;

executione, id est, respectu ipsius vocationis et excitationis. Vocat enim Deus prædestinatum ut cum effectu convertatur atque ut libere cooperetur, nam sub conversione hæc cooperatio includitur ut partialis actio; et consequenter etiam sequitur ut sit a Deo electa et prædefinita eadem cooperatio ut medium vel pars medii necessarii ad finem gloriæ, qui jam supponitur intentus. Hæc autem habitudo finis aut medii non tollit gratuitam prædestinationem, quia ordinatio Dei dandi tale medium prout futurum est efficax est ex sola gratuita voluntate Dei. Quia (ut supra diximus) cooperatio illa solum sub conditione prævisa non potest inducere debitum, sed solum est conditio necessaria ut tale medium constituatur in ratione medii infallibilis et consequenter per prædestinationem eligibilis, quamvis electio semper maneat in sola liberalitate Dei, ut recte Augustinus docet lib. 4 ad Simplicianum, quæst. 2, et libro *De Bono perseverantiæ*, cap. 14, et Prosper ad Object. 8 Genuensium.

33. Urgetur amplius difficultas. — Respondetur. — Sed instabis, quia licet ante decretum quo Deus definit, verbi gratia, ut Petrus credat vel de peccato doleat, cooperatio libera solum sit sub conditione prævisa, tamen posito illo decreto jam scientia illa transit in absolutam, præscitque Deus hunc hominem habiturum aliquod meritum per talem fidem vel pœnitentiam: ergo illud meritum sic prævisum erit ratio dandi illi talem vocationem et prædestinandi illam, nam prius ratione est illud decretum et illa præscientia quam decretum de tali vocatione danda. Respondetur: hoc genus præscientiæ etiam non sufficere, saltem secundum ordinariam legem, ad causalitatem meritoriam vel dispositivam, sed solum ad rationem finis vel medii, quia per scientiam illam non prævidetur homo ut jam operans in se, nec ut habens omnia principia et dona necessaria ad merendum, sed solum præcognoscitur ille effectus ut futurus ex efficacia divinæ voluntatis, a cujus liberalitate adhuc

luego se supone como un cierto mérito previsto que al menos de congruo pueda ser causa de uno u otro efecto de la predestinación. Respondo: si el argumento fuera válido, también procedería respecto a la predestinación en cuanto a la primera vocación. Pues tal vocación, en cuanto cae bajo la predestinación, se preordena formalmente como congrua o eficaz, y consiguientemente como que ha de tener infaliblemente el efecto (porque en este respecto se distingue máximamente la ordenación de la predestinación de la providencia común). Por tanto, también la predestinación de aquella vocación, para que pueda ser tal, supone la presciencia de la futura cooperación libre, como se mostró arriba. Luego el mismo inconveniente se sigue del primer efecto ordenado por la predestinación; o si de aquel no se sigue, tampoco se infiere rectamente de los demás.

32. Por tanto, debe decirse que de ahí solo se infiere que se supone la presciencia condicionada de la libre cooperación, la cual no basta para que esa cooperación sea razón meritoria o dispositiva, sino solo para que sea intentada a modo de fin próximo respecto a los demás medios que deben precederla en la ejecución, es decir, respecto a la misma vocación y excitación. Pues Dios llama al predestinado para que se convierta con efecto y para que libremente coopere, porque bajo la conversión se incluye esta cooperación como acción parcial. Y consiguientemente también se sigue que esa misma cooperación es elegida y predefinida por Dios como medio o parte del medio necesario para el fin de la gloria, que ya se supone intentado. Pero esta relación de fin o medio no quita la gratuidad de la predestinación, porque la ordenación de Dios de dar tal medio en cuanto ha de ser eficaz procede solo de su gratuita voluntad. Porque (como dijimos arriba) aquella cooperación, solo prevista bajo condición, no puede inducir ningún débito, sino que solo es condición necesaria para que tal medio se constituya en razón de medio infalible y consiguientemente elegible por la predestinación, aunque la elección siempre permanezca en la sola liberalidad de Dios, como rectamente enseña Agustín (lib. 4 ad Simplicianum, q. 2) y en el libro *De*

expectantur (ut sic dicam) dona illa quæ sunt futura principia talis meriti vel dispositionis. Et ideo decretum quod Deus habet in posteriori signo rationis de danda homini tali vocatione nullo modo nascitur ex merito ipsius hominis, quantumvis Deus jam præsciat in suo decreto habiturum hominem talia merita, quia nondum videt talia merita ut facta et exhibita ab ipso homine in præsentia æternitatis; imo nec videt hominem ut sibi jam gratiosum vel ut elevatum ad supernaturaliter operandum. Solum ergo decretum illud et præscientia in illo movet ut intentio finis ad danda media præstituto fini consentanea.

CAPUT XXIV.

POTUERITNE HOMO PURUS, VEL ETIAM CHRISTUS DOMINUS MERERI ALIIS PRÆDESTINATIONEM, QUOAD LIBERAM DETERMINATIONEM ELECTIONIS DIVINÆ.

1. Opinio affirmans. — Jacitur fundamentum. — Non desunt moderni theologi docentes, sicut potest purus homo justus mereri alteri dona gratiæ, ita etiam posse mereri alteri prædestinationem totam, etiam quoad ipsam electionem ad gloriam. Fundamentum eorum ex nonnullis principiis conficitur. Primum est, electionem efficacem prædestinati ad gloriam non esse primum actum divinæ voluntatis circa prædestinatum, sed potius esse ultimum. Secundum est, unum hominem mereri alteri primam vocationem gratiæ, et consequenter decretum Dei de illa vocatione congrua conferenda, saltem quoad liberam determinationem divinæ voluntatis ad talem effectum. Tertium est, eadem ratione posse unum hominem mereri alteri omnes alios effectus prædestinationis posteriores vocatione, etiam quoad prædefinitionem illorum in voluntate Dei; tum quia sicut potest unus homo mereri alteri vocationem congruam, ita et perseverantiam, et consequenter ceteros effectus; tum

Bono perseverantiæ, c. 14, y Próspero a la Obj. 8 de los genoveses.

33. Se urge más la dificultad. — Se responde. — Pero insistirás: aunque antes del decreto por el que Dios define, por ejemplo, que Pedro crea o se duela del pecado, la cooperación libre solo esté prevista bajo condición, sin embargo, puesto aquel decreto, ya aquella ciencia pasa a ser absoluta, y Dios prevé que este hombre habrá de tener algún mérito por tal fe o penitencia. Por tanto, aquel mérito así previsto será razón para darle tal vocación y para predestinarla, porque según la razón es anterior aquel decreto y aquella presciencia que el decreto de dar tal vocación. Se responde: este género de presciencia tampoco basta, al menos según la ley ordinaria, para la causalidad meritoria o dispositiva, sino solo para razón de fin o medio; porque por aquella ciencia no se prevé al hombre como ya operando en sí mismo, ni como teniendo todos los principios y dones necesarios para merecer, sino solo se preconocen aquellos efectos como futuros por la eficacia de la voluntad divina, de cuya liberalidad todavía se esperan (por así decirlo) aquellos dones que han de ser los futuros principios de tal mérito o disposición. Y por eso el decreto que Dios tiene en el signo posterior de razón acerca de dar al hombre tal vocación de ningún modo nace del mérito del mismo hombre, por mucho que Dios ya prevea en su decreto que el hombre habrá de tener tales méritos; porque todavía no ve tales méritos como hechos y exhibidos por el mismo hombre en la presencia de la eternidad; más aún, ni siquiera ve al hombre como ya gracioso para sí o elevado a obrar sobrenaturalmente. Solo, pues, aquel decreto y la presciencia en él mueven como intención de fin para dar los medios consentáneos al fin preestablecido.

CAPÍTULO XXIV

¿PUEDE UN HOMBRE PURO, O INCLUSO CRISTO SEÑOR, MERECER PARA OTROS LA

etiam, quia esto non immediate ceteros effectus mereatur, tamen virtute omnes meretur, vel omnium est aliquo modo origo et causa, nam merendo vocationem congruam, virtute meretur actualem conversionem, quæ est præparatio ad subsequentes effectus, et sic consequenter usque ad glorificationem. Quartum principium est, orationem vel meritum unius pro alio prædestinato non computari inter effectus prædestinationis ejus, nec esse gratiam quæ illi fit pro quo oratur, sed oranti. Quia oratio alterius non est alteri prædestinato principium bene operandi, sed impetrat illi tale principium: solum autem id quod est principium bene operandi est propria gratia et prædestinationis effectus. Ex quibus principiis concluditur posse mereri unum hominem alteri totam prædestinationem quoad effectus ejus, et consequenter etiam quoad electionem ad gloriam vel gratiam: quia electio ad gloriam non supponitur ante prævisos alios effectus gratiæ; et electio ad gloriam non est nisi voluntas efficax dandi illam, quam plane meretur qui meretur vocationem congruam.

2. Prædicta opinio enervatur. — Hæc opinio et nova et singularis est, et ideo, sicut supra diximus non posse unum hominem purum mereri alteri omnes effectus prædestinationis ejus, ita etiam nunc de eodem homine dicimus non posse mereri alteri divinam prædestinationem quoad efficacem præordinationem ad gloriam vel gratiam, quoad absolutum decretum dandi illam. Hæc est aperta sententia D. Thomæ 1, q. 23, art. 8, et communis interpretum ibi, et Durandus in 4, dist. 41, q. 3, num. 4; eamque docet expresse Gregorius, lib. 1 *Dialog.*, cap. 8, ubi explicat prædestinationem juvari precibus sanctorum, non quia oratio sit ratio vel motivum propter quod Deus alium prædestinat, sed quia ipsa quoque perennis regnandi prædestinatio ita est ab omnipotenti Deo disposita, ut ad hoc electi pio labore capiant quod eis Deus ante sæcula dare disposuit. Quod probat

PREDESTINACIÓN, EN CUANTO A LA LIBRE DETERMINACIÓN DE LA ELECCIÓN DIVINA?

1. Opinión que afirma. — Se expone su fundamento. — No faltan teólogos modernos que enseñan que, así como un hombre puro y justo puede merecer para otro dones de la gracia, también puede merecer para otro toda la predestinación, incluso en cuanto a la misma elección para la gloria. Su fundamento se construye a partir de algunos principios. El primero es que la elección eficaz del predestinado a la gloria no es el primer acto de la voluntad divina respecto al predestinado, sino más bien el último. El segundo es que un hombre puede merecer para otro la primera vocación de la gracia, y consiguientemente el decreto de Dios de conferirle aquella vocación congrua, al menos en cuanto a la libre determinación de la voluntad divina a tal efecto. El tercero es que, por la misma razón, un hombre puede merecer para otro todos los demás efectos de la predestinación posteriores a la vocación, incluso en cuanto a su predefinición en la voluntad de Dios; tanto porque, así como un hombre puede merecer para otro la vocación congrua, también puede merecerle la perseverancia y, consiguientemente, los demás efectos; como porque, aunque no merezca inmediatamente los demás efectos, sin embargo los merece todos virtualmente, o es de algún modo origen y causa de todos ellos. Pues al merecer la vocación congrua, virtualmente merece la conversión actual, que es preparación para los efectos subsiguientes, y así consecuentemente hasta la glorificación. El cuarto principio es que la oración o el mérito de uno por otro predestinado no se cuenta entre los efectos de la predestinación de este, ni es gracia que se le hace a aquel por quien se ora, sino al que ora. Porque la oración de otro no es para el predestinado principio de obrar bien, sino que le impetra tal principio; solo aquello que es principio de obrar bien es propiamente gracia y efecto de la predestinación. De estos principios concluyen que un hombre puede merecer para otro toda la predestinación en cuanto a sus efectos, y consiguientemente también en cuanto a la elección para la gloria o la gracia; porque la elección para la gloria no

exemplo Isaac, qui pro conceptione Rebeccæ Deum oravit, illamque impetravit, quamvis propagatio generis Abrahæ per Isaac promissa jam esset, ac proinde prædestinata.

3. Idem sentit Prosper, lib. 2 *De Vocat. Gent.*, cap. ult. (alias penult.). Ubi cum dixisset electionem prædestinatorum esse secundum propositum et gratiam Dei, subdit: *Contra hanc invictæ veritatis splendidissimam lucem solent quidam non sobrie dicere superfluo ad acquirendum bonorum operum merita laborari, frustra etiam orationibus, quibus Deus orandus speratur, insisti, si ex incommutabili proposito ejus christianæ gratiæ subsistit electio*. Cui objectioni in summa respondet divinam electionem non excludere media quæ in sua præscientia prænovit et eadem electione ad gratiam seu prædestinationem præparavit. *Deus ergo* (inquit) *iis quos elegit sine meritis dat unde ornentur et meritis*. Et frustra dicitur quod ratio operandi non sit electis, cum ad hoc operentur ut electi fiant, id est, ut tales fiant quales esse per electionem ordinati seu præfiniti sunt. Idemque de orationibus respondendum putat: nam orationes etiam supponit electionis propositum et ex illo manant, ut illis mediantibus executioni mandetur. Unde subjungit inferius: *Orationum vero sollicitudinem divinæ electionis proposito non resolvi uno testimonio evidenter probabo, ut cetera studio brevitatis omittam*. Est autem exemplum de Tobia juniore, de quo supponit a Deo fuisse prædefinitum ut Saram in uxorem haberet, nihilominusque ab angelo admonetur ut eam petat, etc. (Tob. 6), ac tandem concludit: *Quamvis ergo quod statuit Deus nulla possit ratione non fieri, studia tamen non tolluntur orandi, nec per electionis propositum liberi arbitrii studium relaxatur, cum implendæ voluntatis Dei ita sit præordinatus effectus*, etc. Hoc denique aperte supponit Augustinus libro *De Bono perseverantiae*, cap. 22, cum ait: *Si qui sunt nondum vocati, pro eis ut vocentur oremus; fortasse etiam sic*

se supone antes de los otros efectos de la gracia previstos, y la elección para la gloria no es sino la voluntad eficaz de darla, la cual merece plenamente quien merece la vocación congrua.

2. Se refuta la opinión anterior. — Esta opinión es nueva y singular, y por eso, así como antes dijimos que un hombre puro no puede merecer para otro todos los efectos de su predestinación, así también ahora decimos del mismo hombre que no puede merecer para otro la divina predestinación en cuanto a la eficaz preordenación a la gloria o a la gracia, es decir, en cuanto al decreto absoluto de dársela. Esta es la sentencia clara de santo Tomás (1, q. 23, art. 8) y la común de los intérpretes allí, y de Durando (in 4, dist. 41, q. 3, n. 4). La enseña expresamente Gregorio (lib. 1 *Dialog.*, c. 8), donde explica que la predestinación se ayuda con las oraciones de los santos, no porque la oración sea razón o motivo por el que Dios predestina a alguien, sino porque también la misma predestinación eterna al reino está dispuesta por Dios omnipotente de tal modo que los elegidos, con piadoso esfuerzo, alcancen lo que Dios dispuso darles antes de los siglos. Lo prueba con el ejemplo de Isaac, que oró a Dios por la concepción de Rebeca y la impetró, aunque la propagación de la descendencia de Abraham por Isaac ya había sido prometida y, por tanto, predestinada.

3. Lo mismo siente Próspero (lib. 2 *De Vocat. Gent.*, cap. último, alias penúltimo). Donde, después de haber dicho que la elección de los predestinados es según el propósito y la gracia de Dios, añade: *Contra esta luminosísima luz de la verdad invicta suelen algunos decir, no sobriamente, que se trabaja inútilmente para adquirir méritos de buenas obras, y que en vano se insiste en las oraciones con las que se espera que Dios sea invocado, si la elección de la gracia cristiana subsiste por su inmutable propósito*. A esta objeción responde en suma que la divina elección no excluye los medios que conoció de antemano en su presciencia y que preparó con esa misma elección para la gracia o predestinación. *Dios, pues* (dice), *a aquellos que eligió sin méritos les da con qué adornarse también con*

prædestinati sunt ut nostris orationibus concedantur.

4. Scripturæ testimonia adducuntur. — Præterea, si testimonia Sacræ Scripturæ expendantur quibus Augustinus, Prosper et alii Patres gratuitam prædestinationem et electionem probant, non solum demonstrant esse gratuitam respectu ejus qui prædestinatur, sed etiam respectu aliorum (Christum nunc excipio, de quo statim dicam). Probatur, quia imprimis Christus nulli alii præterquam sibi tribuit hominum electionem, cum ait: *Non vos me elegistis, sed ego elegi vos*. Ergo verba ostendunt plane omnes esse electos ex sola Dei voluntate. Ergo, sicut hinc recte colligitur Deum neminem elegisse propter bonam voluntatem et petitionem in eo prævisam, ita etiam nec propter petitionem alterius; alias non sola sua voluntate nec primario ex se id fecisset. Idem ad Ephes. 1 ait Paulus: *Elegit nos in ipso ante mundi constitutionem*, etc., et infra: *Prædestinati secundum propositum ejus*. Tota ergo hominum electio est ex solo proposito et beneplacito Dei. Quod si respectum aliquem habuit ad merita vel actiones alicujus hominis, soli Christo id tribui potest, de quo Paulus singulariter ait *in ipso*; non ergo elegit Paulum in Stephano, id est propter orationem Stephani, sed tantum in Christo. Imo etiam in ipso Christo nos elegit secundum consilium voluntatis suæ, ut mox explicabimus: non ergo elegit Paulum ex consilio voluntatis aut orationis Stephani, sed potius ex eodem consilio voluntatis divinæ. Stephanus oravit ut Paulus consequeretur beneficium gratiæ ad quam fuerat electus.

5. Ab incommodis roboratur. — Ab incommodis etiam potest hoc confirmari, nam sequitur Beatam Virginem et antiquiores Patres meruisse prædestinationem Christi Domini et electionem illius humanitatis ad unionem hypostaticam, quod dici non potest, ut pro certo supponit Augustinus libro *De Prædestinatione Sanctorum*, cap. 24, et in materia de

méritos. Y en vano se dice que no hay razón de obrar para los elegidos, cuando obran precisamente para llegar a ser elegidos, es decir, para llegar a ser tales cuales fueron ordenados o predefinidos por la elección. Y lo mismo piensa que debe responderse acerca de las oraciones: pues también las oraciones suponen el propósito de la elección y manan de él, para que por su medio se ejecute. Por eso añade más abajo: *Que la solicitud de las oraciones no se resuelve por el propósito de la divina elección, lo probaré evidentemente con un solo testimonio, para omitir los demás por brevedad*. Es el ejemplo del joven Tobías, del cual supone que había sido predefinido por Dios que tomara a Sara por esposa, y sin embargo es advertido por el ángel para que la pida (Tob. 6), y finalmente concluye: *Aunque, por tanto, lo que Dios estableció no pueda dejar de suceder por ninguna razón, sin embargo no se suprimen los esfuerzos de orar, ni por el propósito de la elección se relaja el esfuerzo del libre albedrío, puesto que el efecto de cumplir la voluntad de Dios está así preordenado*, etc.

Esto supone abiertamente Agustín en el libro *De Bono perseverantiae*, cap. 22, cuando dice: *Si hay algunos que todavía no han sido llamados, oremos por ellos para que sean llamados; quizá también han sido predestinados de tal modo que se les concedan por nuestras oraciones*.

4. Se aducen testimonios de la Escritura. — Además, si se examinan los testimonios de la Sagrada Escritura con los que Agustín, Próspero y otros Padres prueban la gratuidad de la predestinación y de la elección, no solo demuestran que es gratuita respecto a quien es predestinado, sino también respecto a los demás (exceptúo ahora a Cristo, de quien hablaré inmediatamente). Se prueba porque, en primer lugar, Cristo no atribuye a ningún otro sino a sí mismo la elección de los hombres, cuando dice: *No me elegisteis vosotros a mí, sino que yo os elegí a vosotros*. Luego estas palabras muestran claramente que todos son elegidos solo por la voluntad de Dios. Por tanto, así como de aquí se concluye rectamente que Dios no eligió a nadie por la buena voluntad o petición prevista en él,

así tampoco por la petición de otro; de lo contrario, no lo habría hecho solo por su voluntad ni primaria y directamente de sí mismo. Lo mismo dice Pablo en Efesios 1: *Nos eligió en él antes de la constitución del mundo*, etc., y más abajo: *Predestinados según su propósito*. Toda la elección de los hombres, pues, es solo por el propósito y beneplácito de Dios. Y si tuvo algún respecto a los méritos o acciones de algún hombre, solo puede atribuirse a Cristo, de quien Pablo dice singularmente *en él*. No eligió, pues, a Pablo en Esteban (es decir, por la oración de Esteban), sino solo en Cristo. Más aún, también en el mismo Cristo nos eligió según el consejo de su voluntad, como explicaremos enseguida. No eligió, pues, a Pablo por el consejo de la voluntad o de la oración de Esteban, sino más bien por el mismo consejo de la voluntad divina. Esteban oró para que Pablo alcanzara el beneficio de la gracia a la que había sido elegido.

5. Se confirma por los inconvenientes. — También puede confirmarse esto por los inconvenientes, pues se sigue que la Bienaventurada Virgen y los Padres más antiguos merecieron la predestinación de Cristo Señor y la elección de su humanidad para la unión hipostática, lo cual no se puede decir, como supone con certeza Agustín en el libro *De Prædestinatione Sanctorum*, cap. 24, y se muestra en la materia de la Encarnación. La consecuencia es clara, porque aquellos Padres impetraron con sus oraciones aquella Encarnación, y muchos medios antecedentes a ella (como los padres de la Virgen impetraron su concepción), y Abraham mereció la procreación de Isaac, y así de los demás. De donde en general se sigue de aquella sentencia que siempre que alguien impetra para otro algún don o beneficio de Dios, también impetra la predestinación a él. Por tanto, los padres de la Virgen merecieron para ella, al menos remota y mediatamente, la elección para la maternidad de Dios, porque no fue elegida primero como madre antes de haber sido preordenada a existir. Si, pues, los padres impetraron que fuera predestinada a existir, entonces al menos remota y fundamentalmente merecieron las demás cosas que de ahí se siguieron. Y del mismo modo Esteban habría merecido para Pablo la

Incarnatione ostenditur. Sequela patet, quia illi Patres suis orationibus Incarnationem illam impetrarunt, et plura media antecedentia ad illam (ut parentes Virginis illius conceptionem impetrarunt), et Abraham meruit procreationem Isaac, et sic de aliis. Unde in universum ex illa sententia sequitur quoties quis impetrat alteri aliquod donum vel beneficium Dei, impetrare etiam prædestinationem ad illud, ac proinde parentes Virginis meruisse illi saltem remote et mediate electionem ad maternitatem Dei, quia non est prius electa in matrem quam præordinata fuerit ad existendum. Si ergo parentes impetrarunt ut prædestinaretur ad esse, ergo saltem remote et in fundamento meruerunt cætera quæ inde secuta sunt. Atque eodem modo meruisset Stephanus Paulo electionem ad Apostolatum: nam si meruit illi electionem ad gloriam, quid mirum quod ad Apostolatum etiam meruit, quæ posterior est.

5 bis. Unde ulterius sequitur unumquemque sibi mereri electionem ad omnia illa bona, vel ad quamcumque dignitatem, quam sibi vel orationibus impetrat, vel per priorem gratiam sibi aliquo modo meretur. Ut, verbi gratia, Beatam Virginem meruisse sibi electionem ad dignitatem matris Dei, quia illa dignitas ut in re exhibita supponit gratiam in Virgine, per quam gratiam sibi aliquo modo meruit illam dignitatem, ergo et electionem ad illam. Et sic Abraham impetrasset sibi electionem in Christi progenitorem, quia illius beneficii promissionem sibi promeruit. Sequela patet, quia si propter aliquid asseritur eum, qui alteri meretur vocationem, mereri etiam electionem, solum est quia vocatio unius supponit gratiam in alio, per quam possit mereri aliquo modo alteri vocationem, quæ habet rationem primæ gratiæ respectu ejus qui vocatur; tamen respectu alterius est quasi secunda. At simili modo dignitas matris supponit gratiam in Virgine, respectu cujus dignitas illa est gratia secunda. Hæc autem et similia falsa sunt, ut ex aliis locis

suppono: satisque nobis est esse a communi Doctorum sententia aliena.

6. A priori ratio redditur. — Ratio denique a priori est, quia illa oratio, per quam unus alteri impetrat vocationem, est effectus prædestinationis, non solum ipsius orantis, sed maxime illius pro quo oratur: non est ergo causa totius prædestinationis. Antecedens in libro sequenti generaliter probatur, ostendendo non solum actiones prædestinati vel principia earum, sed etiam omnem actionem cujuscumque hominis quæ specialiter cooperatur ad salutem alterius, esse effectum prædestinationis illius qui per alium salvatur. Nunc vero duobus modis breviter ostenditur. Primo ex principio posito in primo libro, quod electio ad gloriam est primus actus voluntatis divinæ circa prædestinatum, ac proinde prædestinatos omnes in eodem signo rationis fuisse ad æternam salutem electos. Hinc enim aperte sequitur non potuisse unum hominem mereri alteri electionem, quia electio omnium simul facta est ante omnia eorum opera prævisa; et subinde quidquid unus pro alio meretur, impetrat aut operatur quod cum effectu conducat ad executionem electionis, esse ejusdem electionis effectum, eo modo quo media sunt effectus intentionis finis. Quin potius, licet illa intentio dandi gloriam Paulo non præcederet per efficax et absolutum decretum, nihilominus negari non potest quin Deus inspiraverit Stephano illam orationem ex intentione et affectu salvandi Paulum, qualiscumque ille affectus fuerit, id est sive fuerit per voluntatem efficacem sive tantum per simplicem et antecedentem. Quia illa oratio sine dubio fuit ex Spiritus Sancti inspiratione, et effectus conversionis et salutis Pauli erat optimus: ergo incredibile est non fuisse a Spiritu Sancto intentum, saltem simplici affectu. Eo vel maxime quod ipse deprecatorem, ut verbi gratia Stephanus, id solet intendere et desiderare, et hæc ipsa intentio a Spiritu Sancto est, ergo multo altius habet illam Spiritus

elección para el apostolado: pues si mereció para él la elección para la gloria, ¿qué tiene de extraño que también mereciera para él el apostolado, que es posterior?

5 bis. De aquí se sigue ulteriormente que cada uno se merece a sí mismo la elección para todos aquellos bienes, o para cualquier dignidad que se impetra para sí con oraciones o que de algún modo se merece por una gracia anterior. Por ejemplo, que la Bienaventurada Virgen se mereció a sí misma la elección para la dignidad de Madre de Dios, porque aquella dignidad, tal como se exhibe en la realidad, supone la gracia en la Virgen, por la cual gracia de algún modo se mereció aquella dignidad, y por tanto también la elección para ella. Y así Abraham se habría impetrado a sí mismo la elección como progenitor de Cristo, porque se mereció la promesa de aquel beneficio. La consecuencia es clara, porque si se afirma que quien merece para otro la vocación también merece la elección, solo es porque la vocación de uno supone la gracia en otro, por la cual puede merecer de algún modo para otro la vocación (que tiene razón de primera gracia respecto al que es llamado), aunque respecto al otro es como segunda. Pero de modo semejante, la dignidad de madre supone la gracia en la Virgen, respecto a la cual aquella dignidad es gracia segunda. Estas cosas y otras semejantes son falsas, como supongo por otros lugares; y nos basta con que sean ajenas a la sentencia común de los Doctores.

6. Se da la razón a priori. — La razón finalmente a priori es que aquella oración por la cual uno impetra para otro la vocación es efecto de la predestinación, no solo del mismo que ora, sino sobre todo de aquel por quien se ora. Por tanto, no es causa de toda la predestinación. El antecedente se prueba en general en el libro siguiente, mostrando que no solo las acciones del predestinado o sus principios, sino también toda acción de cualquier hombre que coopera especialmente a la salvación de otro, es efecto de la predestinación de aquel que es salvado por medio de otro. Ahora se muestra brevemente de dos modos. Primero, por el principio puesto en el primer libro: que la elección para

Sanctus. At hoc est satis juxta horum doctorum sententiam ut vocatio ipsa Pauli sit effectus prædestinationis ejus, videlicet quod procedat ex affectu simplici Dei salvandi Paulum: ergo idem sufficiet in oratione quæ pro illo ab alio fit: nam quod hæc oratio sit in alio non impedit quin esse possit effectus prædestinationis Pauli.

7. Quod secundo probatur, quia gratia alicui facta non solum est beneficium ejus, sed etiam est beneficium alterius, si propter eum et in ejus utilitatem detur. Nam gratia quæ datur prædicatori, verbi gratia Philippo, ut congruo modo alium illuminet, scilicet Eunuchum Æthiopem, sine dubio est beneficium Eunucho factum et supernaturale ac gratuitum: fuit ergo gratia, et si ille Eunuchus prædestinatus erat (ut credendum est), plane ille fuit effectus prædestinationis ejus. Ergo similiter oratio unius pro alio est beneficium gratiæ a Deo collatum ei pro quo oratur, etiam si illi non inhæreat. Quia gratiæ beneficia latius patent: unde si talis pro quo oratur electus est et oratio illa cooperatur efficaciter ad ultimum effectum electionis, sine dubio non est electio ex oratione, sed potius oratio ex electione. Idemque est de quocumque alio merito unius pro alio. Non ergo potest esse talis oratio vel meritum ratio totius prædestinationis alterius: nec quoad omnes effectus ejus, nec quoad liberam determinationem divinæ electionis.

8. Fundamentum contrariæ sententiæ explanatur. — Ad fundamentum contrariæ sententiæ facilis est ex dictis responsio. Nam ex quatuor principiis quæ assumit, primum et falsum est, et non recte nec consequenter ex illo arguens infert, ut vidimus. Secundum autem principium, licet sit verum quoad meritum vocationis alterius, non tamen quoad decretum ex quo talis vocatio prædestinata est, nam ut sic comparatur ut finis proximus propter quem spiritus talis orationis alteri datur. Neque illa consecutio bona est: *meretur quis vocationem*

